

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De nuptiis Philologiae et Mercurii - Cod. Ettenheim-Münster 7


Martianus <Capella>

[S.l.], [14. Jahrh.]

Joann. Cochlaeus, De lib. arbitrio

[urn:nbn:de:bsz:31-107516](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107516)

RTIVM
u facili est
est solum magis
du ducendo
dore loquens
187) 1870
rebandere, que
are leuonem
inguan, 1870
z, confumere,
nem in eodem
me a Ceballe
id est, cum
rpellatus, le
lib-terio de
a paratāion
bi Sed inter
est, à conatu
er, interdum
ram inter =



REVERENDO IN CHRISTO

patri ac domino, domino Ioanni, Abbati in
Mulbrun, Theologo & literis & uite
integritate insigni. Io Co-
chleus S. P. D.

Delibero arbitrio hominis duobus libellis re-
spondi ante biennium Philippo Melanchtho-
ni, iuueni sane ingeniosissimo, sed perniciosissime in
Luthericam uiam seducto. Quem certe priuatim pro
ingenij nobilitate plurimum amo, ita ut nihil mihi io-
cundius nunciari possit, quam illum in Catholicam ui-
am redire, ut possit patria nostra de illius ingenio glo-
riari iuste potius quam mœrere atq; erubescere. Fœ-
lix profecto iuuenis, si nunquam uidisset Lutherū, aut
si Lutherana esset, saluo & resipiscente illo, extincta
factio. Multas quidem irascendi causas in Lutherum
habeo, & eas (ni fallor) iustissimas ac maximas, cum
sit tot malorum patriæ nostræ aūhor. Vix tamen alia
me uehementius incitat, quam quòd Philippum illum
ita seduxit in Hussiticam suam barbariem & impieta-
tem, ut exteri putent, Philippum cum Luthero de in-
sania & blasphemia contendere, immo alicubi etiam
uincere & prœcurrere. Dolco igitur plurimum de ca-
sultant ingenij, quod sic instruxerunt literis excellen-
tes uiri Capuon & Erasmus, ut si Lutherica rabies
Germaniam non inuasisset, egregium haberemus hoc
seculo

Seculo literarum decus, quod Italis quoque honeste ob-
ijcere possemus. Sed inuidit hanc nobis gloriam Luthe-
ri furor & malitia, cui non satis fuit, pariam infami-
Hussitarum secta contaminasse, atque fidelem populam
ab Ecclesie unitate cum infinita perditione animarum
retraxisse, sed etiam iuuenes quamplurimos, quos elu-
cubrations Erasmi optime ad eloquentiam & soli-
dam eruditionem instituerant, inter quos primatum,
me iudice, tenebat iste Philippus, ita reddidit pietatis
ac literarum studijs inimicos, ut plerique ex toto lite-
ras deserant, nonnulli etiam Vniuersitates studiorum
damnent, aliqui uero Catholicam fidem etiam edi-
tis libris impugnent. Quo factum est, ut ex primo ani-
mi dolore asperius alicubi in Philippum scripserim quod
dicitur mihi amor priuatus, quo nobile illius ingeni-
um ingenita quadam beneuolentia prosequor. Sed fit
hoc etiam inter patrem & filium aliquando, ubi gra-
uis interuenit excessus. Excessit profecto Philippus
iste grauissime, non solum contra fidem & religionem
sanctorum patrum, sed etiam contra hominis ratio-
nem & naturam atque communem philosophorum sen-
tentiam. Idcirco poterit dolori meo exasperato equus
lestor ueniam dare, quandoquidem acerbitas illa non
ex odio aut inuidia, sed ex dolore fideique zelo proces-
sit. Amplitudo igitur tua, reuerende pater, hanc meam
lucubratiunculam, non tuo nuncupatam, equi bonique
faciat, precor, atque in patrocinium suum benigne su-

A 2 scripse

scipiat, cuius iudicio non solum hoc opusculum, sed
et me ipsum totum submitto lubēs, ac dedo. Scio enim
iudicium tuum tam esse exactū, ut ei nullus error quo
cunq; fūco imponat, tam integrum, ut nullo affectu
corrumpatur, tam solidum, ut nulla queat improbo-
rum appellatione interuerti. Bene uale patrone

venerabilis et perpetuo colende. Ex

Stutgardia. XVII. Kalen. Iulias.

Anno salutis. M.D.

XXIII.

• • •

• • •

•

ADVER

SVS LOCOS COMMVNES PHILIPPI

MELANCHTHONIS. DE LI

bro Arbitrio Liber Primus

Ioannis Cochlei.



I VNQVAM IVe
ste dubitari potuit, boni
ne an mali plus attulerit
hominibus & ciuitatibus
copia dicendi, ac summe
eloquentie studium, hodie
perfecto iustissime dubita
tur, quando per disertos ho

mines tot incommoda in Germaniam inuehit furi
bunda impietas Lutheri, ut rectissime cum Cicerone
debemus existimare, sapientiam quidem sine eloquen
tia parum prodesse ciuitatibus, eloquentiam uero sine
sapientia nimium obesse plerunq; prodesse nuquam.
Id quod hoc iniquissimo tempore uerissimum esse, ni
mis claris certisq; experimentis omnis propemodum
Germania sentit, alijsq; Nationibus infelicitate suo de
decore patefacit. Quid enim boni miser & nimiuq; Lu
therico furore afflicte huic patrie nostrae remanet sal
uum & incolume, quod diserta Lutherianorum impie

In prologo
Rhetoricæ
ueteris.

A 3 665

DE LIBERO ARBITRIO

tas labefactare penitusq; exinanire ac funditus euertere non satagit atq; conatur? Num imperiū & respublica? At malis aibus Germania inuictum esse auunt imperium. Quin immo inter opera Antichristi uel maximum portentum uolunt esse Imperium, idq; uanum uocabulum absq; re dicunt esse. Et semel omnes leges humanas reiiciunt & cōculcant. Num religio Christiana? At manibus pedibusq; nituntur, à sede Apostolica in Bohemias Cryptas abduccre Germanos. Dicūt enim, Beata Græcia, beata Bohemia, beati omnes, qui sese ab illa separauerūt, & de medio istius Babylonis exiuerunt. Dammati uero omnes, qui ei communicauerint. Christus autē dicit. Pater sancte serua eos, in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Non remanebit igitur apud Germanos (quod Deus Opt. Max. auertat) religio Christiana, si ab unitate catholica & Apostolica Ecclesia in Hussiticum schisma tam perditæ quàm perfide disciuerint. Sublata autem ab eis religione & fidei unitate, quid obsecro reliquū erit? Num Sacramenta Christi? At omnia tollunt Lutherani, demptis duobus, Baptismo scilicet & Eucharistia, quæ tamen ita tractant, ut omnino sustulisse multo fuerit melius, negant enim gratiã baptismi, & pro Eucharistia porrigunt suis pistorium panem unumq; naturale.

Luth. in Syl
uestrum.

Ioan. 17.

Luth. in li=

Porro, ex summo pōtifice faciunt nobis Antichristum,

OPRAEFATIO.

rum, atq; ex pulcherrimo ecclesie ornatu ordinumq; brum Ca-
 uarietate laruas & facies Antichristi, quas ex Danie-
 le (si Deo placet) duodecim esse demonstrant. Quarū Danie. 8.
 prima est (ut eorum uerbis referendo utar) facies per XII. facies
 sonarum, Papa triplici corona superbus, Cardinales, Antichristi
 Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Præ-
 positus, Decani, Canonici, Vicarij, Officiales &c. Secū-
 da autem facies sunt opes Ecclesie, patrimonia Cruci-
 fixi, bona spiritualia, pallia, amate, subsidia & cate-
 Tertia Indulgentiæ, Bullæ, cōfessionalia, indulta, pri-
 uilegia, dispensationes &c. Quarta, ipse habitus &
 uestis, rubens ille pileus, bicornis insula, sirma purpu-
 reum, rufus uertex, manus oleo putrido consecratæ, le-
 ges, statuta, mores & consuetudines &c. Quinta, est
 illud egregium perdendæ pecuniæ artificium, in stru-
 endis, erigendis, ornandis, locupletandis, templis, mo-
 nasterijs, sacellis, altaribus, & eius generis operibus.
 Sexta, nō una sed facierum quædam sylua est, scilicet
 eorum, quæ in templis sunt & geruntur, Horæ Cano-
 nicæ, horæ beatæ uirginis, Sanctæ Crucis, tumultus
 carminum, uoces & cantus infiniti generis & uarie-
 tatis, organa, uniuersaq; musica, calices, imagines, ua-
 sa utensilia, aurea, argentea, lignea, uela, pallæ, corpo-
 ralia, & sine modo & numero ornamenta, lumina,
 lampades, & si qua similia. Septima, est uniuersalis il-
 le abusus Missæ cum solennibus suis, cum uigilijs, cum

A 4 ANNUET

DE LIBERO ARBITRIO

*Amiuerſarijs, fundationibus, ſepulturis, & totiū ne-
 gocium pro deſunctis celebratum. Octaua, Eſt dele-
 ctus ille ciborum & ieiuniorum. Nona, eſt ſclerata il-
 la feſtorum dierum multiplicatio & iniquitas. In hac
 autem facie inſignius lucent magni illi feſti dies, Viſi-
 tationis, Corporis Chriſti, Apoſtolorum, Conceptio-
 nis & ſimilium. Decima, Eſt inſignis ille cælibatus &
 monaſtica caſtitatis multitudo. Vndecima, Eſt reliqui-
 arum ueneratio, bella plane & lucri ſeraciſſima faci-
 es. Duodecima & ultima, eſt chaos illud & ianua pa-
 tens inferni, incredibili facie ſpectabilis, Vniuerſita-
 tes, in quibus periuria & abuſus nominis Dei ſunt in-
 troitus, Deinde conuerſatio in omne ſcelus libera &
 licentiſſima, ubi electiores Chriſtiani populi aduleſ-
 centes prostituuntur, & in patens guttur inferni pro-
 iiciuntur, et pro uerbo Dei, Papæ dogmata tractan-
 tur, ut uideatur ad Euangelium funditus extinguen-
 dum, nec aſtutius nec efficacius inueniſſe Sathan com-
 mentum, quàm Vniuerſitatum erigendarum.*

*Gyanti-
 cus furor
 Luth.*

*Hæc omnia & adhuc multo plura de medio tollen-
 da eſſe ſuadent Lutherani, atq; etiã præcipit pro ſua
 apud deceptum uulguſ autoritate Lutherus, magnis
 ſane contentionibus, ſtiloq; rhetoricis coloribus fuca-
 to, ac linguarum peritia ad hæc ſclera inſeliciter oſ-
 ſtendata. Quæ obſecro poſteritas, talia inter Chriſtia-
 nos publice, non ſolum dicta, ſed & ſcripta ac multis
 milibus*

milibus impressa atq; edita impune fuisse credit? quæ enim uel umbra religionis publicæ, cultusq; diuini, sub latis his omnibus, reliqua esse queat? Hac tamen tot sa crarum rerum ordinationumq; rapina sacrilegioq; nefandissima minime contenti sunt hi Hussite noui, sed instar Gyzarum oppugnant etiam superos ipsasq; beatorum sedes. Parum est eis, abscidisse (ut stulte glo riatur Lutherus) Papæ caput, abstulisse triplicem eius coronam, dum tribuunt unam Valle, alteram Luthe ro, tertiam nescio cui Veleno. Negasse item. S. Petrum unquam fuisse aut Romæ aut principem Apostolorū. Itaq; iam ipsam bestia (ut Saxonica bestia loquitur) se dem negant, negaturi etiam Petrum, si hodie uiueret in terris, Papam esse, negant item generalia Concilia negant sanctos Patres, negant Canonem sacrum cum uniuersa pariter Ecclesia, negant Missam aut sacrifici um aut opus bonum esse, negat demq; sanctis coelum, defunctis requiē, uiuis pacē. Non enim pacē (inquiūt) sed gladiū uenit mittere Christus. Si uixero (inquiit re cucullatus nuper Lutherus) non habebitis pacē, sin autem interfeceritis me, decuplo minus pacem habi turi estis. Quis unq̄ inter Christianos audiuit legitue talia?

Plaudunt tamen ad ista barbarico fastu fremituq; latrocinantes Centauri, uinosiq; Lapithæ, & oberata turba Karsthanstorum, pauperumq; Chonradorum.

A 5 Non

Luth. in as= sertationibus Teuth.

In asser. 30 art.

Luth. in li. teuth. cōtra episcopos.

Turba Lu= theri.

DE LIBERO ARBITRIO

Non sanè, quòd eiusmodi dogmatistis credant, sed quòd horum dogmatum prætextu, uelint, Bohemorū exemplo, spoliare tēpla, diripere monasteria, expulcare clerum, atq; omnes Ecclesiasticorum redditus censusq; semel occupare. Vnde fit, ut neminem, ne regem quidem Anglorum (licet eloquentissimum omniumq; admiratione doctissimum) Luthero contradicentem, æquis auribus aut placido uultu audiant legantue, contentmentes incredibili peruicacia, nō solum Bullam & excommunicationem Ro. Pontificis, sed etiam seuerissimum Edictum potētissimi simul & religiosissimi Imperatoris nostri, usq; adeo contra omnem honestatē pietatēq; obdurat & excecet eos auri sacra fames, ut uni Luthero, trās fugæ sanè leuissimo (qui modo laudat, modo damnat Bohemos, cucullumq; suum nunc abijcit, nunc resumat) plus credant, immo credere se fingant, quàm quatuor probatissimis per tot secula ecclesiæ Doctoribus, quàm Cōcilijs, quàm uniuersæ per orbem Ecclesiæ Christi

Nouus deus Hinc securitatis plenus, impudentissima præsumptione gloriatur Teuthonice Apostaticus ille cucullifer sese. si non sit Propheta, certum nihilominus esse, quòd uerbum dei sit apud se, non apud Papam & alios Ecclesiæ sacerdotes & Doctores. Ideo absq; omni fronte uocat seipsum nunc Ecclesiasten, nunc Euangelistam suamq; doctrinam, uelut alter Christus, ait

Dei

OP R A E F A T I O .

Dei esse, non suã. Et quod multo blasphemissimũ est, meum (inquit) iudicium, etiam dei est, nõ meum. Ideo nolo doctrinam meam iudicari à quoptiam, non à uobis, nec etiam ab omnibus angelis, sed quia de ipsa certus sum, uolo per eam uester atq; etiam Angelorũ iudex esse, ut quicumq; meam doctrinam non acceptauerit, non possit fieri beatus. Quis igitur contra Numen hoc nouum, usq; adeo barbarica superbia, in recepto cucullo inflatum, disputare deinceps uano labore dignetur, cum iam deus sit Doctor iste & Iudex, nõ hominum modo, sed & angelorum?

Tu uero Philippe Melancthon, cum nondum facias te Deum, relinquis nobis adhuc locum disputandi tecum, atq; utinam intra priuatos parietes id nobis facias ad faciem licuisset, antequam nefanda ista Luthericæ farinae fermenta tua, quibus ferme totam Germanicæ iuuentutis massam irrecuperabiliactura corrupisti, diuulgasses. Ostendissem tibi profecto amice ac fideliter, quàm indocte simul & impte, per omnem hunc libellum tuum, scripturæ diuinæ locos plurimos tractaueris, atq; in reprobũ sensum procacitate meritate rectorseris. Quoniam uero id scriptis tam facile fieri nequit, ad unum duntaxat locum tuum hictibi respondebo, quandoquidem tu ad eum potissimum locum Sophistam occurrere tibi exoptas, geram tibi morem Philippe, non sanè, ut uel Sophum uel Sophistam

DE LIBERO ARBITRIO

Itam hic agam, nec ut tua (quod stulte ac iuuenaliter optas) calumnier, sed ut homo Christianus homini hæretico, cuius casum uehementissime doleo, pia simplicitate ostendam, quàm uana sit hominum de suis uiribus ingenioq; præsumptio.

Didymus
Fauentinus
Philippi.

Quanta autem fuerit uanitas tua in Didymo Fauentino, nunc ex Radini responsione cognoscere profecto potes. Nos quoq; per duos libros mendacia calumniasq; & blasphemias tuas, quas ea in defensione scripsisti, articulatim assignatas reprobauimus, ne liceat tibi tot mala perpetuo orationis filo per Rhetoricos sic eos generatim uel excusare uel commendare etiam. Vt cuiq; igitur Radino, uiro sanè & grauissimo simul & eloquentissimo doctissimoq; responderis, mihi satisfactum abs te nõ putabo, nisi articulos tuos omnes, quos designaui, sigillatim asserueris, ut uideamus, nõ fucata eloquentia tua queat solidam rerum ueritatem immutare. Minime uero illi orationi tuæ fuerã responsurus, nisi ueritus fuissẽ, te à Radino contemptum iri, quemadmodum contemnitur iam Lutherus à Catharino. Respondi ergo, non ea sanè fiducia, ut melius possim quàm ille. Absit à me tam stulta temeritas & Philautia. Sed ut Germanis nostris (quorum pleriq; diuinam uocabant illam tuam orationem) articulos aliquot ob oculos ponerem, ex quibus totũ orationis tuæ corpus, ex magis impietatibusq; constat, dinoscere possent.

Atq;

P R A E F A T I O.

Atq; ut Augustinum sequerentur, cui non ideo meliora uidebantur, quæ suauiloquio dicebat coram eo *Aug. Confess. lib. 5. c. 6.*
 Faustus Manichæus, quia melius dicebantur. Nec ideo uera, quia diserta. Nec ideo sapiens anima, quia uultus congruus & decorum eloquium. Non enim boni rerum existimatorcs erāt, quibus Faustus ille uidebatur prudens & sapiens, quia delectabat eos loquēs. Augustinus ergo, qui sciebat, nō eo debere uideri aliquid uerum dicere, quia eloquenter dicitur, ubi occupasset hominem, conferendo familiariter, & accipiendo ac reddendo sermonem, prolatis quibusdam dubijs, expertus est illum expertem liberalium disciplinarum nisi grammaticæ, quanquā fama de illo fuerat, quod esset honestarum omnium doctrinarum peritissimus, & apprime disciplinarum liberalium eruditus. Et tamen Faustus ille satis ingeniosum ædedit uolumen contra Catholicos, cui Augustinus per. XXXIII. libros responsurus, ait in prooemio. Hoc aggrediar nunc in nomine atq; adiutorio domini et Saluatoris nostri Iesu Christi, ut omnes, qui hæc legent, intelligant, quā nihil sit acutum ingenium, & lingua expolitā, nisi à domino gressus hominis dirigantur.

Quorsum hæc Philippe? Certe maior te fuit Faustus ille etate, præstātor dignitate, celebratior fama, reputatior inter suos, suauior eloquio, acutior ingenio, & in superioribus stilo. Quamuis ego neq; ingenio neq; stilo tuo

Aug. cōtra Fau. lib. 1. ca. 1.

Prouer. 36.

Faustus maior Philippe.

DE LIBERO ARBITRIO

lo tuo derogauerim, nisi quòd donis illis dei ad disseminandas impietates abuteris. Cum igitur Catholica ueritatem expugnare non potuerit. Apher ille ingenio tam acutus, argutissq; tam callidus & pròptus, quo modo tu eam expugnabis Philippe, qui tam sœde in argumentando plerunq; laboris? Noua profecto teneraq; tunc uideri potuit fides Catholica, utpote, uix quadringentos annos nata & per orbem diuulgata. Nũc uero, cũ accesserint ad summã illam anni undecies Cēteni, quomodo tu ei pr. eualebis cõuix iuuenis, cũ uniuersa ætas tua uix bene triginta decurrerit annos? Cũq; tot interim hæreticorum, post mortẽ Fausti, uirix ubiq; fuerit sedes Apostolica, tot prelijs exercitata, tot scriptoribus adaucta, tãto deniq; per orbẽ cõsensu, tantaq; annorum pr. ecriptione firmata. Quid sibi nunc tandem uult Saxonica hæc uestra intemperies? quãdoquidem Wuittenberga uestra uix dum. XX annis literarum studia, sedis illius beneficio, est professa, & in fide nouissimus propemodum partus Ecclesie Romane, tot alioqui filiorum Nationumq; per orbem in Catholica fide matris.

Liber Philippi. Hydra. Quis uero ex omnibus tot seculorũ Hæreticis tot tantisq; erroribus fuit obnoxius, quot quantisq; tu miser hoc uno in libello tuo turpissime miserrimeq; illigatus teneris? An non sunt ibi tot hæreses, quot folia? Immo uero quæ est ibi pagina, in qua unam dumtaxat hæresim

DE LIBE. ARBI. PRAEFATIO.

hæresim insinues? Quòd si recte contra declamatio-
nem tuam dicit Radimus. Quis te unquam toto erran-
te cœlo, absq; errore insequi aut cõprehẽdere queat?
Quid ego dicã hic aliud? Si enim Fausto. XXXIII.
libris respondit Augustinus cõtra unam dumtaxat hæ-
resim Manicheorũ. Quot nobis hic opus foret libris
contra hanc uirulentissimam Hydram tuam, si omnia
illi capita rescindere uelimus? Quanto igitur melius
utiliusq; fuerit laboris compendium, Herculem imitã-
do, totam hanc Hydram semel flammis exurere? Id
quod iam pridem, dubio procul, factum esset, si fuisset
res ista in manu mea. Cum uero ea facultas potestasq;
ad me non spectet, unum interca caput Lerneõ huic
monstro tuo recidam, donec Hercules aliquis contin-
gat nobis, qui omnia eius capita simul cum toto corpo-
re, ex tam uarijs hæresibus concreto, & flammis exu-
rat, & abolita eius memoria, æternæ damnationi tra-
dat, ne suppullulent subinde loquacitate tua u-
uulsiq; audacia multo adhuc plura re-
probi sensus hæreticq; Aconi-
si capita nimis ac nimis
in fide mon-
strosa.



DE LIBERO ARBITRIO

LIBER PRIMVS.

Conclusio
Philippi.



EN MAGNA TV FI
ducia incredibiliq; super-
bia, contra omnem Philo-
sophiam Theologiamq; et
scripturam, eiusmodi po-
nis paradoxum. Quando-
quidē (inquis) omnia quę
eueniunt, necessario iuxta

diuinam prædestinationem eueniunt, nulla est uolun-
tatis nostre libertas. Huic autem Conclusioni sic posi-
tę, mox substruis & supponis fumum allegationum,
per impertinentiã scripturę suffragia, dicens Paulus
ad Ro. 11. Quomodo ex ipso & in ipso &c. Ad Ephe-
sios. 1. Qui operatur omnia secundum consilium uolũ-
tatis sue. Matth. 10. Nonne duo passeres asse ueneũt,
& unus ex illis non cadet super terram sine patre ue-
stro. Obsecro (inquis) quid hac sententia clarius dici
potuit? Adfers deinde decem adhuc alia scripturę lo-
ca, ex quibus manifestum uis esse Gyganticam hanc tu-
am Conclusionem, qua destruis, quantum in te est, o-
mnem statum regimenq; & conuictum, non modo Ec-
clesiasticum, sed & secularem. Euacuas item omne cõ-
siliũ humanum, immo & diuinum. Quale enim con-
siliũ aduersus ea quę necessario eueniunt? Excusas
deniq;

Reproba-
tio gener-
lis.

P R A E F A T I O.

atque peccata hominum, accusasque præcepta diuina.
 Quid enim peccat lapis deorsum cadens? quid ignis
 sursum nitens? Cur ergo peccat homo, quando sciens
 uolensque interficit hominem, si facit id necessario? Cur
 itaque Deus potius punit hominem peccantem quam la-
 pidem cadentem? Postremo, quid tu quæso Rhetorcu-
 le suades, quid dissuades, quid consulis, deliberas, lau-
 das, uituperas, iudicas, damnas, in Republica, si cum-
 et necessario (ut dicis) eueniunt? Egregium igitur Poe-
 tici Theologi Paradoxum, quo non solum iniusta atque
 inania facit omnia cum humana tum diuina præcepta,
 sed etiam totius Rhetoricæ (cuius ipse præcipue pro-
 fessor est) usum rationemque tollit.

Sed iuuenili fastu elatus contemnis hic omnem ra-
 tionem humanam, damnas totam Philosophiam, facis
 Augustinum sua multipliciter retractantem, Bernar-
 dum singis dissimilem sui, Origeni nihil tribuis nisi in-
 concinnas allegorias et philosophicarum sententiarum
 syluam. Cuius hunc magno (ut ais) consensu sequantur
 Græci, et ex latinis, qui uidentur esse columnæ, Am-
 brosius et Hieronymus, nonne Græcos omnes et La-
 tinorum præcipuos simul cum Origene præ te, homi-
 ne uix trium dierum Theologo, contemnis? Vbi quæso
 similem legisti unquam superbiam? Post hos autem se-
 re quo quisque (inquis) recentior est, eo est insyncerior,
 tanquam uero tu solus syncere scripturam tractes, hinc

Superbia
 Philippi,

B sanè

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

sanè in uniuersum (ut ipse ais) nō admodum æquus es
 commentarijs, ne ueterum quidem, at mea sententia
 non solum iniquus, sed etiam impudens cantorum ui-
 rorum censor & osor es, quorum catholicam lucem te-
 nebricosa, toi hæresibus caligans, nox tua, neq; sustine-
 re neq; uidere potest. Quis igitur æquo animo illam
 censuram tuam ferat, quando dicis in fine huius libelli
 tui, censeo enim non aliter atq; pestem fugiendos ho-
 minum cōmentarios in rebus sacris. Tu ne uuenis ma-
 ritule, sine Patrum cōmentarijs, scripturam ullam re-
 Æ intelligas? Vnde igitur tot, in tam breui tēpore, er-
 rores hæresesq; tuæ, nisi ex rudi nudaq; scripturarum
 lectione, superbaq; ingenij proprij confidentia.

Calumnie
 eius.

Non mirum est igitur, cū Ecclesiasticos ueteres iu-
 xta recentescq; omnes scripturæ diuinæ interpretes re-
 ijcias & contemnas, quōd scholasticos, Theologos su-
 perbissime ubiq; despicias, ac petulantissime incessis,
 qui non solum iure ac publico more, sed & sua spon-
 te meritum tribuūt Ecclesiasticis patribus honorem.
 Tu autem calumniosissime dicis, statim post Ecclesiæ
 auspicia, per Platonicam philosophiā Christiana do-
 ctрина labefactata est. His autem posterioribus Ecclē-
 siæ temporibus, Aristotelcm pro Christo sumus am-
 plexi, degenerauiq; tandem disciplina Christiana in
 scholasticas nugæ, de quibus dubites, impie magis
 sunt anstultæ. Quis obsecro piorum tantam calumni-
 andi,

P R A E F A T I O.

audilicentiã insolentiamq; tuam Philippe, æquosẽ
per animo ferat? Aequanimiter forsitan priuatas in
me, amicũ uẽ meum iniurias calumniasq; uestras, ut
hactenus, laturus sum. Cæterum tam atroces, in tot re
tro secula, atq; in hodiernam ecclesiam dei uniuersam
cõtumelias falsissimasq; criminationes, publice à te to
ties iactari, cui Christianorum zelum pietatis non mo
ueat? Cur non dicam cum Propheta. Zelus domus tue
comedit me, & opprobria exprobrantium tibi, ceci
derunt super me?

psal. 68.

Quid enim hisce scommatis criminationibusq; ac
blasphemijs efficias aut moliris, nisi ut à sanctis castisq;
cum Philosophiæ tum Theologiæ studijs absterreas iu
uentutem nostram, eamq; fucatis uerbis alliciens tra
ducas in Lucianicã Crypticamq; Theologiam uestrã,
in qua probra habetur castitas, diuinq; uarijs ridetur
diæterijs, impiõq; habetur despectum. Vnde enim alias
uobis iã inuisus est cœlibatus, non modo sacerdotum
sed & monachorum monialiumq;? Cur item meritos
inuidetis Mariæ Dei genitrici à mortalibus exhibitos
honores? Scin qualia super magnificat de illa teutho
nice scripserit recucullatus tuus Messias? Scin qualia
inter se mussitent, atq; etiam ad plebem aliquãdo præ
dicent de ea complices uestri? Cur prohibetis implora
ri à nobis diuos beatasq; illas animas, quæ pie uixerunt
in carne præter carnem? Cur negatis eas regnare cum

Crypticã
Theologia

B 2 Chri=

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Christo in caelis? Cur uenerari non uultis sanctorū corpore
porum (quæ post resurrectionem claruitis & incorruptionis
gloriam consequentur in caelis) reliquias in terris? Cur eorum
imagines incenditis? Cur summum Christi Apostolum Petrum
tot contumelijs tota die incessitis? Quæ est igitur hæc uestra
spurcissima Theologia, si Cryptica Lucianicaq; aut poetica non est.

Vide sue igitur iam Philippe, quam bene ex Cicrone, dixerim in principio, eloquentiam sine sapientia, nimium obesse plerūq; prodesse uero nunquam. Re cogita quæso quid in te dixit nuper doctissimus Toduschus noster, cum satis esse arbitraretis, si in explicatione naturæ pinguis res agatur. Pinguis inquit illi tuæ menti, quæ nihil aliud quam uerba fudit, hoc satis sit. At non sic præclaris ingenijs, quæ & in profundo obruptam ueritatem eruunt, & certissimis argumentis ad cuiusq; rei naturam explicandam utuntur. Recte nimirum apud pios cordatosq; homines, illud Ciceronis, in te dicere uidebor, quod si quis omiſſis rectissimis atq; honestissimis studijs rationis & officij, cōsumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus cuius patriæ alitur. Multo deniq; rectissime in te dixisse uidetur Quintilianus, quod si uis illa dicendi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatisq; rebus perniciosius eloquentia. Nosq; inquit ipsi pessime moræamur de rebus humanis

Radinus in Philip.

In prologo Rhetoricæ ueteris.

Quintil. li. 12.

P R A E F A T I O.

manis, silatroni comparamus hæc arma, non militi.
 Quid de nobis loquor? Rerum ipsa natura, non parens, sed nouerca fuerit, si facultatem dicendi sociam scelerum, aduersam innocentiae, hostem ueritatis inuenit. Multos enim nasci, & egere omni ratione, satius fuisset, quàm prouid. nre munera in mutuam perniciam conuertere.

Sed hæc præter intentionem nunc mihi dolor expressit. Ne autem uidear querelis tantùm agere, ingrediar iam molestissimùm huius disputationis pistrinum, ut ex scripturis primùm ostendam, quod hætenus tot milibus annorùm uniuersus tenuit sensitq; mundus, deinde ut impietatibus tuis ex ordine sigillatim respondeam. Cui uero molestū nō sit, illa demùm per scripturas demonstrare, quæ per se sunt euidentiora, quàm omne quod dicitur. Quis est autē homo sanè mentis, qui nō sentiat se habere, quibus à reliquis differt aumanibus, rationem & uoluntatem liberūq; arbitrium? Nonne igitur iure ac merito pro bestia habeatur is, qui ista sibi negat inesse? Quomodo igitur molestū mihi non sit disputare tecum, qui sine ratione es (ut fateris) & absq; libero arbitrio? Quādiu satius esset, uirga baculoq; quàm scripturis aut rationibus tecum agere, ut arrepto in manus fuste bene duro, eoq; in caput tuum intento, interrogarem te, an eueniat necessario, ut feriam te. Quòd si diceres necessariū esse, ut feriā,

B 3 factu-

Pristinū di
 spūtatōis.

Optima hu
 ius quæstio
 nis solutio.

LIB. I.
 illis...
 ritus...
 telis...
 is: Cui...
 am...
 cess...
 ca non...
 bene ex...
 sine sap...
 on...
 cess...
 sim...
 goss...
 uerbo...
 nis, que...
 ne...
 explican...
 dat...
 re, quæ...
 huius...
 eratione...
 ario alit...
 Quinti...
 struxerit...
 ius eloquent...
 de reb...
 ma

DE. LIB. ARBITRIO LIB. I.

facturus essem utiq; quod diceres, idq; tam diu, donec
fatereris necessarium non esse. Sin uero cuti tuæ timēs
responderes, necessarium esse, ut non seriam, seruire
utiq; uelim, ut animali saltem sensu per dolorem disce
res, non omnia euenire necessario, hoc profecto pul-
chrum ac utile foret nostræ disputationis compendū.
Cum uero id mihi non liceat, faciam nihil osetius quod
licet, ut per scripturas saltem uesaniae tuæ resistam.

Quod si confuse quamlibet scripturæ sententiam,
quæ quomodolibet ad propositum in testem produci
queat, arripere (quod tu hic facis) atq; commendicare
uelim, infiniti profecto operis futurum esset hoc nego-
cium, idq; non modo laboriosum tædiosumq;, sed et su-
peruacaneum. Quo enim opus mihi decies mille testi-

Deut. 17. bus, cum dicat in Deuteronomio Moyses. In ore duo-
rum aut trium testium peribit, qui interficitur. Et in

Matth. 18. Euangelio Christus. In ore duorum uel trium testium
Septem te- stet omne uerbum. Attamen ego, ad omnem tibi præ-
stes. cludendam conquerendi uiam, producam huc testes se-
ptem, & eos quidem locupletissimos simul & sanctissi-
mos. Contra quos certe nullo iure tibi excipere licebit

Quandoquidem apud iureconsultos uel ad solenne (ut
uocant) testamentum is testium numerus sit satis. Id
quod non solum in Digestis & Codice, uerum etiã in
In aut. coll. institutionibus atq; Autenticis, clarissimis textibus ha-
8. de imper betur expressum. Satis ergo fuerit, unius Vlpiani bre-
fe. test. ue dictum

EX GENESI.

ne dictum referre. Si testamentum (inquit) quod ressi- ff. de testis
gnauerit testator, iterum signatum fuerit septem testi L. si. testiū.
um signis, non erit imperfectum, sed utroq; iure uale-
bit, tam Ciuili quàm Prætorio. Non poteris igitur Phi-
lippe iure conqueri ubi septem testes, omni exceptio-
ne maiores, in te produxero, præsertim cum eorū di-
ctā, non temere ut in buccam uenerint (quod tu fecisse
uideris, licet ex omni Biblia conquisueris) nec concise
sed secundum ordinem distincte & integre recitare,
sit animus. Primum igitur testem producā ex lege. Se-
cundum ex Historia. Tertium ex Agiographis. Quar-
tum ex Prophetis. Quintum ex Euangelijs. Sexiū ex
epistolis Pauli. Septimum ex epistolis Canonicis.

EX GENESI TESTE .I.

VNū tu locū ex Genesi administraſti, non per
pendiſti etiā, ubi dicitur. Necdū cōpletæ ſunt Gene. 15.
iniquitates Amoreorū. Quid autē faciūt hæc
uerba uel cōtraliberum arbitriū, uel pro actuū huma-
norum neceſſitate? Quid item ad diuinam prædeſti-
nationem? Niſi forte monſtroſus uelis habere poſthu-
mus Manichæi, tot iam ſeculis æternaliter mortui, qui Poſthumus
bonorum unum, malorum alterum ſingebat authorē Manichæi.
deū, quippe duo coæterna principia. Nos autem unū
ſolum deum uerum (ut ait Chriſtus) eſſe, nō modo cre-
Ioan. 17.
B 4 dimus

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

dimus, sed etiam scimus, cum ex demonstrationibus
nostrorum, tum etiam ex acutissimis rationibus Ari-
stotelis (quæ tu stulte cõtemnis) quas ille complures in
plerisque locis ponit, præsertim in octauo Physicorum
In primo de Cælo, & in ultimo Metaphysicæ. Quæ tu
igitur impietate, iniquitates Amorreorũ refers in ne-
cessitatem diuinæ prædestinationis? Quid hoc aliud
est, quàm accusare deum, uelut ad iniquitates cogentẽ
atq; excusare homines, eorumq; iniquitates iustificare
tanquàm non peccent uoluntarie? Vides ne tam Phi-
lippe, hac una responsione nostra, dissolu atq; in teip-
sum retorqueri omnes allegationes tuas?

Profecto, si mihi ad impietates ingenioso esse libe-
ret, & plura & clariora ex Genesi testimonia, cõtra
libertatem uoluntatis nostræ, minime difficulter colli-
gere possem, quale est illud. Et tamen non dimisit eum
deus, ut noceret mihi. Et illud. Non uestro cõsilio, sed
dei uoluntate huc missus sum. Item. Nolite timere, num
dei possumus resistere uoluntati? Hæc & id genus
multa alia passim colligere, ac rhetoricis lenocinijs fu-
care liceret, ad subuertendos animos simplicium, sed ser-
uet me dominus meus Iesus Christus, ne in eiusmodi te-
meritatem unquam prolabar. Neue unquam meo po-
tius sensui quàm patrum expositionibus innitar. Scio
enim non uane dictum esse à sapientissimo Salomone.
Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt
patres tui. Videa

Gene. 31.

Gene. 45.

Gene. 50.

Prover. 22

EX GENESI.

Videamus autem nunquid nulla contra te Genesis
 testimonia habeat. Nolo ea referre Philippe, quæ ha-
 bentur ibi de homine ante lapsum, de quo solo dictum
 uultis illud Ecclesiastici. Apposuit tibi aquã & ignẽ,
 ad quod uolueris porrigere manum tuam. Item. Reli-
 quit illum in manu consilij sui. Item. Ante hominem ui-
 ta & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabi-
 tur illi, hæc pfecto clarissima sunt liberi arbitrij nostri
 testimonia, quæ uos ad bestialem sensum, cõtra omnes
 patres nostros, detorqueatis & corrumpitis. Quod si
 necessarium foret, credo equidem facile, uel mille alia
 ex eodem libro contra uos testimonia, adiuuante domi-
 no produci posse, sed omisso illo, ad Genesim de homi-
 ne iam lapsõ me conuerto.

Eccle. 15.

Ita sanè habetur capite tertio. Fecit quoq; dominus
 deus Adæ & uxori eius tunicas pelliceas, & induit
 eos, & ait. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est,
 sciens bonum & malum. Nunc ergo, ne forte mittat
 manum suam, & sumat etiam de ligno uitæ, & come-
 dat, & uiuat in eternũ. Emisit eum dominus deus de
 paradiso uoluptatis, ut operaretur terrã, de qua sum-
 ptus est. En Philippe ait deus. Adam quasi unus ex no-
 bis factus est. Nunquid uero & deum uis uoluntatis li-
 bertate Gyganticæ spoliare? Deinde ait. Sciens bonũ
 & malum, sed quomodo? Nunquid ante lapsum mi-
 nus sciebat Adam quàm postea? Sed sciuntur hæc duo

Gene. 3.

Adam qua
 si unus ex

B 5 (ui ait

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Aug. super Gen. ad lite ram. lib. 8. c. 14.

(ut ait Augustinus) aliter per prudentiam boni, aliter per experientiam mali. Per prudentiam boni malum scitur, et si non sentitur. Tenetur enim bonū, nec amissione eius, sentiatur malum. Item per experientiam mali scitur bonum, quoniam quid amisit sentit, cui de amisso bono male fuerit. Nisi igitur mansisset homini lapsa liberum arbitrium, frustra diceret ei Propheta.

Psal. 36.

Arist. 1. Eth.

Dionys. de diu. no. c. 4.

Esaie. 7.

Calumnia = tor generis humani.

Declina à malo & fac bonum. Sciebat ergo Adam lapsam & bonum & malū. Bonum ut eligeret. Malum ut fugeret. Omnia enim bonum appetunt, & nemo respiciens ad malum operatur. Vbi autem non est libertas uoluntatis, ibi neq; eligendi est arbitrium. An uero in Christo quoq; lib. arbitrium neget? De ipso enim sic ait Esaia. Butyrum & mel come det, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.

Adeo ne uilis creatura dei uidetur tibi omnis homo uiuens, ut nullus eligat bonum, nemo reprobet malum? Plane sic tibi uidetur. Ais enim in proximo capite de peccato. Sicut in igni est gemina uis qua sursum fertur, sicut in Magnete est gemina uis, qua ad se ferum trahit, ita est in homine natua uis ad peccandum. Sed dic mihi Philippe. Cur non peccat ignis sursum tendens, aut Magnes ferrum attrahens, sicut homo adulterum homicidiumue committens? Quomodo uero peccat tua sententia homo, si neq; rationem neq; lib. arbitrium habeat? Quid peccant Moriones, quid pueri, quid

EX GENESI.

vi, quid mente capti? Si ergo natua est homini uis ad peccandum, cur non habuit eam Adam ante lapsum? Cui deniq; uicio uertitur quod natuum est? Nisi forte non putas hominem inter creaturas Dei commuerandum, de quibus dicit scriptura. Vidit Deus cuncta que fecerat, & erant ualde bona.

Gene. 1.

Caue Philippe, ne tot inuirijs impijsq; facturæ dei (quæ non possunt in factorem ipsum non reduidare) suggillationibus, & diuinam & humanam ultionem propediem sentias, si contingat tibi, homuncioni priuato, quod contigit olim Nabuchodonosor regi, cuius magnitudo creuerat & peruenerat usq; ad cælum, et potestas eius in terminos uniuersæ terræ. Quid autē contigit illi? Nempe ex hominibus abiectus est, & cū bestijs fuit habitatio eius, ut cum feris esset pars eius in herba terræ, ac scænum ut bos comederet, quando cor eius (quod elatum fuerat in superbia) ab humano commutabatur, dabaturq; ei cor feræ. Quid tu aliud miser sperare potes, qui ea animi elatione tumes, contra uniuersam ecclesiam dei, ut nō uerearis hic dicere. Si libeat ingenioso tibi esse, in re non necessaria, facile queas euertere, quæcunq; pro fidei dogmatis argumēta produxerūt iam tot seculis scholastici Theologistæ. ostende mihi quæso, si potes, similem cuiuscunq; iactantiam.

Cor Philip
pi cor feræ

Danielis. 4.

Considera autem, quàm grauem nunc luas, superbia tue

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Bie tua debitam poenam, quando tibi cor humanum,
 iam dudum cōmutatum est in cor feræ. Neq; in te quic
 quàm hominis agnoscis, nisi inanem figuram maledi-
 cumq; sermonem. Abiecasti enim rationem, refutas uo-
 luntatem, negas liberū arbitrium, reprobas naturam,
 culpas creatorem, quid habes igitur plus à bestia? quo
 modo dici potes homo, qui negas te animal esse ratio-
 nale? Quid ergo restat, nisi ut ab hominibus eijciaris
 ad bestias? Sed hoc iam impletum esse uideo, quid
 ita? quia excōmunicauit te, Lutherumq; tuum cum om-
 nibus complicibus uestris summus sacerdos dei altis-
 simi. Et aqua igniq; interdixit uobis publico edicto
 summus in terris princeps & Imperator noster. Quo
 modo igitur neges te ab hominibus eiectū esse? Non-
 ne comedis iam aridum & sterile fœnum Hussitarum
 inter Struthiocamelos, Onocrotolosq; Lutherinos &
 Vuiclephicos? Hæc miserabilem hunc casum tuum, cū
 non nisi optima queq; ante Luthericum furorem, à te
 expectaremus, faxit deus Opt. Max. ut primo quoq;
 tēpore, oculos tuos (ut eiectus fecit Nabuchodonosor)
 ad cœlum leues, sensusq; tuus Catholicus, quem amisi-
 sti, reddatur tibi, & altissimo benedicas, atq; cum filio
 prodigo, post insipida hæreticorum fursura, in te re-
 uersus, dicas cum gemitu, quanti mercenarij in domo
 patris mei. Vnde infeliciter exiui, abundāt panibus,
 ego autem hic fame perco.

LUCÆ. 15.

Sed

LIB. 1.

EX GENESE.

Sed redeo, unde digressus sum. Certe, nisi Adam post lapsum habuisset lib. arbitrium, non dixisset deus. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Non dixisset: sciens bonum & malum. Cum sententia tua dicendum fuisset, sciens duntaxat malū. Non item dixisset, ne forte mittat manū suam. Cur enim dixisset forte, si non habebat Adam liberū arbitrium ad mittendū & ad non mittendū manum suam? Nunquid futurinefcus erat Deus, ut dubitando diceret forte? Vide scne iā Philippe, quot iacula uno ex hoc loco in te iaci queant?

Gene. 3.

Deinde sic scriptum est Capi. 4. Dixit dominus ad Cain. Quare iratus es, et cur conceidit facies tua? Nōne si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim peccatū in foribus aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Quæso te Philippe, an nō hic unus locus, contra omnes fumos tuos, ad asserendū liberum arbitrium, satis est ualidus? Omnis profecto glossa hic lib. arbitrium hominis affirmat, ordinaria, interlinca ris, lyrana, & quæ non? Consentium & sancti Patres unus tu impudenter ab omnibus dissentis, ac lepidum cerebellum tuum omni glossæ ac omni Doctorum cōmentario præfers. Videamus ergo textum. Dic primum, si non poterat non irasci Cain, quid est, quod Deus dicit ei. Quare iratus es? Vbi quæso unquam dicit igni, quare sursum nitris? aut Magneti, quare ferrū attrahis? E also igitur ac impie dicit, internos affectus

Gene. 4.

Sub te erit appetitus peccati.

HOM

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

non esse in potestate nostra. Christianū item agnosce-
re, nihil minus in potestate sua esse quā cor suū. Hic
enim malo & minime iustificato homini ait Deus, qua-
re iratus es. Dauid quoq; dicit. Anima mea in manibus
meis semper.

Psal. 118.

Bona ope =
ra Ethnico-
rum.

Deinde ait deus. Nonne, si bene egeris, recipies? tu
uero ais. Omnia opera, quæ præcedunt iustificationē,
maledictæ arboris maledicti fructus sunt, quæ uero o-
pera iustificationē sequuntur, ea, tametsi à spiritu dei
qui occupauit corda iustificatorum, proficiuntur, ta-
men quia fiunt in carne adhuc impura, sunt & ipsa im-
munda. Heu nocentissimum calamum tuum. Si enim
ante iustificationem, omnia hominis opera, etiam quæ
pulcherrimarum (ut ais) uirtutum exempla sint, sunt
maledicti fructus & mortalia (ut doces) peccata. Quo-
modo ait hic Deus homini malo. Nonne si bene egeris,
recipies? Num iustificati erāt Niniuitæ, quādo ad præ-
dicationem Ione inducebant saccum, ac sedentes in ci-
nere, clamabant ad dominum in fortitudine? Nonne
& illi habebant lib. arbitrium. Hæc enim sunt uerba
regis. Couertatur uir à uia sua mala, & ab iniquitate
quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur &
ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ & nō
peribimus? Subditur mox in textu. Et uidit Deus ope-
ra eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala, & miser-
tus est super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret

Gene. 4.

Ione. 3.

eis

EX GENESI.

eis, & non fecit.

Quorogophilippehicnususlocusimpietates tuas conuincit? Ecce per cōminationem loquutus fuerat Deus ut faceret eis, & non fecit. Quomodo igitur omnia eueniunt necessario? quomodo conuersi sunt à uia sua mala, si natua inerat eis uis ad peccandum? Nunquid ignis sua sponte conuertetur deorsum, aut lapis sursum? Quomodo itē rex præciperet, si nō adesset lib. arbitrium, ut conuertatur quisq; à uia sua mala Quomodo deniq; deus uidit opera eorum, & ignouit misertusq; est eis, si erāt illa fructus maledicti & mortalia peccata? Certe si peccata fuissent illa pœnitentiæ opera, non magis ad ea, quàm hic ad muneracaimDeus respexisset. Sed & Cornelius Centurio gentilis ad huc erat, quando dixit ei Angelus. Corneli, orationes tue & eleemosynæ tue ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. At non ascendissent, si fuissent maledicti fructus & peccata mortalia. Audi igitur, quid super hoc dicat summus apostolus Petrus. In ueritate (inquit) comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet deum & operatur iusticiã, acceptus est illi. Quod si uis uberrimam acerrimamq; huius erroris tui, Philippe, confutationem cognoscere, perlege Cypriani Martyris sermonem de lapsis, & tolle de medio hos ignauie desperationisq; laqueos tuos.

Gene. 4.

Act. 10.

Ibidem.

Cypri. in sermo. 5. de lap.

Ante

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Ante omnia, corrige hanc in spiritum sanctum bla
 Matth. 12. sphemiam (alioqui neq; hic neq; in futuro seculo remit
 Blasphemia tetur tibi) qua dicis. Opera, quae iustificationem sequi
 in spiritum tur, tametsi à spiritu Dei proficiuntur, tamen quia
 sanctum. fiunt in carne adhuc impura sunt & ipsa immunda.

Quae rogo potest maior in spiritum sanctum blasphe
 ma dici (si enim proficiuntur à spiritu dei, quomo-
 do sunt immunda? Nonne ab ipso potius principalisq;
 quam à uoluntate nostra procedunt fiuntq; in nobis?

Quomodo igitur immunda? Nunquid per carnem co
 lantur, sicut per cineres limum, aut per alium hypo
 stasim urina? quod si radij solis non fiunt immundi,
 dum trãseunt per aera nebulosum, aliudue corpus im
 purũ. Quãto minus opera spiritus sancti possunt per
 carnem humanam, quamlibet impuram, immunda fie
 ri. Nunquid enim ipsa iustificatio immunda est? Ea ta
 men fit in anima carni humanae coniuncta, sed neq; cor
 pora sanctorum & iustificatorum recte dicuntur im
 pura, quamuis mortalia & corruptioni obnoxia. Ita

1. Corin. 6. enim ad Corinthios ait Apostolus. An nescitis, quoni-
 am membra uestra templum sunt spiritus sancti? Item
 Glorificate & portate Deum in corpore uestro. Item

Rom. 12. Nescitis, quoniam corpora uestra, membra sunt Chri
 sti? Et ad Romanos. Obsecro (inquit) uos fratres, per
 misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, ho-
 stiam uiuentem, sanctam, deo placentem, & rationa-
 bile

EX GENESI.

bile obsequium uestrum. Item. Non regnet peccatum **Roma. 6.**
 in uestro mortali corpore. Item. Exhibete uos deo, tan
 quam ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma
 iustitiæ Deo.

Desinite igitur uiri impij, propter carnis nostræ fra
 gilitatem impie dicere, uirtutum pœnitentiæq; opera
 ante iustificationem, esse fructus maledictos & pecca
 ta mortalia, & bona opera, quæ proficiunt à spi
 ritu dei in iustificatis, esse immunda & peccata uenia
 lia. Grauius enim erratis, perniciosè fallitis et fallimi
 ni. Aut enim hic Deus ad Cain. Nonne, si bene egeris, **Gene. 4.**
 recipies? Et mox subiūgit. Sin autem male, statim pec
 catum in foribus aderit. Nunquid uero sic diceret De
 us, nisi sciret homo, liberum esse arbitrium, ad bene et **Eccle. 15.**
 ad male agendum? Recte igitur ait Sapiens. Apposuit
 tibi ignem & aquam, ad quod uolueris, porrige ma
 num tuam. Mentiris igitur tu Philippe, hominem ne
 cessario peccare, mentiris nos natura impios esse, mē
 tris deesse nobis rationem & uoluntatem liberā, qui
 a teste deo & bene & male agere potuit Cain, uir ma
 lus, & primus peccati originalis hæres, neq; circumci
 sus neq; baptizatus, quanto magis igitur & nos bene
 maleq; agere possumus qui baptismi gratia benefici
 oq; à labe originalis culpæ sumus per spiritum sanctū
 emundati.

Sed longo apertius de lib. arbitrio modo testimoni

Gene. 4. um subdit mox idem dominus, dicens. Sed sub te erit appetitus eius. Hic glossa inerlinearis & pulchre & breuiter dicit. Sub te, nō super te, sed in potestate tua quia liberi arbitrij es. Quid obsecro apertius accomo datusq; hac glossula? Neq; ideo, quid contra mutire queas, quandoquidem & ipse Deus apertissimis uerbis hanc expositionem confirmet, subdens. Et tu dominaberis illius. I nunc Philippe, & Phariseum uocacū scholasticis Theologis etiam Deum ipsum, quia aperte dicit contra positiones tuas ad Cain. Sub te erit appetitus peccati, & tu dominaberis illius. Illius inquam non peccati iam perpetrati, sed appetitus ad peccatū perpetrandum. Posteaq; uero peccatum perpetratū est, certe non dominaberis eius, sed captiuus seruisq; illius factus es. Ita enim ait in Euāglio Christus. Amē amen dico uobis. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et Paulus ad Roma. An nescitis (inquit) quoniam cui exhibetis uos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obditionis ad iustitiam. Gratias autē Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi estis. Liberati autē à peccato, serui facti estis iustitiae. Non igitur dominabitur homo peccato perpetrato, sed est seruus eius. Ideo ait Apostolus. Non ergo regnet peccatū in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius, sed neq; exhibeatis

**Tu domina
beris illius.**

Ioan. 8.

Roma. 6.

Ibidem

EX GENESI.

beatis mēbra uestra arma iniquitatis peccato, sed ex hō
b:te uos Deo, tanquā ex mortuis uiuentes, & mem
bra uestra arma iustitiæ deo, peccatum enim uobis nō
dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.

Est igitur in potestate nostra affectus appetitus ue
aut concupiscētia peccati, possumus ei obedire & erit
culpa nostra, possumus & resistere atq; etiam domi
nari illi, & erimus à peccato liberi. Alioquin non præ
monuisset Cain Deo, cum ille iam transferretur fratri
suo Abel, haberetq; appetitum uindictandi & interfici
endi eum, quōd esset ille appetitus sub eo, & posset
illius dominari, ne prorumperet in effectum scelusq;
perpetrandū. Vnde & Apostolus recte admonuit Ro
manos, ne obedierent cōcupiscētijs peccati. Tu uero
bone uir, ex cryptica uestra Theologia doces, nihil mi
nus in potestate nostra esse, q̄ affectus uoluntatemq;
& cor nostrum, quo uno sane dicto tollis à rebus hu
manis omnem rationem legēq; & iustitiam, facisq; ex
hominibus meras bestias serualiaq; iumenta.

Sed quousq; trahit me male fertilis ista impi: ta: ū
tuarū seges? Ecce duo tantū dicta primi testis nostri iā
examinauimus, minime tamē anxie neq; satis exacte,
quæ merito apud pios cordatosq; quoslibet, pro asse
rendo libero arbitrio nostro, contra bestialitates tuas,
satis superq; ualida inuentaq; uideri debent. Quōd si
cetera huius testis nostri dicta, quæ plurima sane ad

C 2 hūc

Appetitus
peccati sub
te est.

huc restant, pari examine curaq; trutinare pergere-
mus, haud uno certe libro possent eius testimonia ab-
soluta. Si enim tam fecunda sunt haec duo dei testimo-
nia, super hominibus duobus Adam & Cain, quibus
ipse iratus parūq; propicius erat. Quid putes fore, si
ea iuste tractaremus, quae super hominibus iustis ac
deo charis, uelut Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob,
& Ioseph, testimonia nec pauca nec obscura, recitat si
deliter testis hic noster.

Desine igitur Philippe contra Deum & ueritatem
Gygantico fastu proteruare per inanem allegationum
tuarum fumum, ac mihi crede, posse nos adferre, ubi
opus foret, plus quam duodecim legiones testium, fū-
cis tuis longe solidiores. Non est Vuttenberg a uestra
totus mundus, idcirco non ubiq; triumphasti, si forsi-
tan istic paenonicum apud poeticos Theologos egeris
fumis conuicijsq; triumphum. Pudet me profecto nūc
tui numium, qui paulo ante patriae nostrae propter te
non me diocriter cōgratulabar, cui decori gloriaeq; sin-
gulari futurus esse uidebaris, si non euertisset mentem
ingeniumq; tuū furor iste Luthericus.

EX TERTIO LIBRO REGVM

Teste II.

3. Reg. 12.

V Num itidem locum ex hoc libro, de Roboam
fi lio Salomonis, contra ueritatem liberi arbi-
trij designasti, qui tamen int e facillime retorqueri po-
test

EX TERTIO LIBRO REGVM.

test. Nisi enim fuisset liberi arbitrij rex ille, superua
caneū fuisset ei ad petitionem populi, tridui dilationē
deliberationemq; petere, ac geminum interim quere
re consilium, à senioribus scilicet & iunioribus. Deli-
beratio enim & consilium non sunt de ijs, quæ necessā
rio eueniunt, & in nostra potestate non sunt, fatuum
est enim deliberare aut consultare, an sol hodie occi-
dat & cras oriatur. Id enim ex uoluntate nostra non
pendet, sed naturaliter fit & necessario. Sed huic loco
tuo postea uberior adaptabitur, Deo uolente ac iuuan-
te, responsio. Nunc tibi opponam aliquot loca eiusdem
libri, non de Roboam, sed de ipso Salomone, cum quo
nō semel locutus est dominus, ideo non leuia uideri de-
bebūt quæ proferemus testimonia.

In tertio igitur capite sic habet textus. Apparuit ^{3. Reg. 3.}
autem dominus Salomoni per somnium nocte, dicens.
Postula quod uis ut dem tibi. Et ait Salomō. Tu fecisti
cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam ma-
gnam, sicut ambulauit in cōspectu tuo in ueritate & iu-
stitia & recto corde tecum. Et paulo post. Dabis ergo
seruo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit
& discernere inter bonum & malū. Et iterū. Et dixit
dominus Salomoni. Quia postulasti uerbū hoc, & non
petisti tibi di: s multos, nec diuitias, aut animas inimico-
rum tuorū, sed postulasti tibi sapientiam ad discernen-
dum iudicium. Ecce feci tibi secundum sermones tuos

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Et dedit tibi cor sapiens et intelligens, in tantum, ut nullus ante te similis tu fuerit, nec post te surrecturus sit, sed et hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retro diebus.

Postula
quod uis.

Quid uides hic philippe, quod in pietatibus tuis de seruiat aut alludat? Primum, ait dominus. Postula quod uis ut dem tibi. At si non fuisset in potestate Salomonis, postulare aliquid à domino, et eligere ex pluribus quod potissimum uellet, frustra dixisset ei Deus, postula quod uis. Non igitur necessario postulauit Salomon sapientiam, neque Deus eam necessario illi dedit. Ideo falsum est, omnia euenire necessario. Falsum est item, nullam esse uoluntatis nostræ libertatem. Falsum quoque interna opera adfectusque nostros non esse in nostra potestate. Vide quàm ualidum sit hoc breue testis nostri dictum, quo eam facile subuertuntur multæ bestialitates tuæ.

Opera Da
uid bona.

Deinde ait Salomon. Tu fecisti cum seruo tuo Dauid etc. Nos philippe misericordiæ dei nihil derogamus, nihil sine ea præsumimus. Negamus autem bona opera iustificatorum esse immunda et peccata. Negamus nulla esse bona merita sanctorum. Negamus uoluntatem nostram nihil cooperari gratiæ dei in operibus bonis. Hæc uisus sunt impietates et cryptarum monstra. Nos credimus hic Salomoni, ducemur. Sicut ambu
lauit

EX TERTIO LIBRO REGVM.

lauit pater meus in conspectu tuo in ueritate & iusticia, & recto corde tecum. At in conspectu dei non est ulla immundities, neq; ullum peccatū. Iuxta illud psal miste. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam. Quomodo igitur peccabat Dauid, quando ambulabat in conspectu dei in ueritate & iustitia & recto corde cum deo? quomodo potuisset ambulare melius? Certe, ne Angeli quidem & omnes beati ambulant in conspectu dei, nisi in ueritate & iustitia & recto corde cum deo. Quod si carnem (ut soles) mortalibus obijcias. Iam supra ex Paulo diximus, posse nos exhibere corpora nostra hostiam uiuentem, sanctam, ac deo placentem, & membra nostra arma iustitię deo, quia corpora nostra, baptisimi gratia (quam uos impie negatis) emundata, sunt membra Christi, templum spiritus sancti. Nō est igitur necessarium, ut corpore nostro, quo deum glorificare & portare possumus, maculentur opera nostra bona. Non igitur erant immunda aut peccata, opera Dauid, quę fecit in ueritate & iustitia & recto corde cum Deo.

Psal. 14.

Roma. 12.

1. Corin. 6.

Quod autem fuerint meritoria, haud uno in loco testatur scriptura. Quoties enim posterioribus regibus legitur dominus pepercisse propter Dauid seruū suum? Nam & in Psalmis dicitur. Propter Dauid seruū tuum nō auertas faciem Christi tui. Quod si nihil

Opera me

ritoria Da

uid.

3. Reg. 11.

Psal. 131.

C 4 ad

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

ad eiusmodi bona opa cooperata fuisset eius uoluntas, nō dixisset scriptura, ambulauit. sed potius, portabatur aut ferebatur, sicut sursum fertur lapis nihil ad cālationem conferens, & in ulnis portatur puer, non ualens per sese ambulare. Quis igitur æquanimiter ferat illam Lutheri tui bestialitatem, qua ex homine merum truncum facit, dicens. Quòd ad bonum opus faciendum non plus faciat uoluntas nostra seulib. arbitrium, quàm facit bipennis aut serra, aliudue inanimatū instrumentum ad ædificandum aut secādum. Quid autem bene aut male meretur serra aut bipennis? At Paulus ait ad Corinth. Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Dei enim sumus aduutores. Et uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod super ædificauit, mercedem accipiet, quam autem mercedem accipit, o cæci & stulti, serra aut bipennis? quod si diligentibus deum (ut idem ait Apostolus) omnia cooperātur in bonum. Et si diligimus proximū sicut nosmetipsos. Dilectio autem proximi non operatur malum, nemo profecto, nisi hostis generis humani, dicere potest, nihil ad bonum cooperari uolūtatem nostram. Nō enim nisi uolentis est dilectio. Certe non currit truncus, nō serra aut bipennis. Paulus uero ait nobis. Sic currite, ut comprehendatis, sed neq; timet neq; uult aliquid trucus aut serra. At iuxta Psalmistam. Beatus uir qui timet

Luth. in re=
sol. dispu.
Lip.

1. Corin. 3.

Roma 8.

1. Corin. 9.

Psal. 111.

EX TERTIO LIBRO REGVM.

timet dominum, in mandatis eius uolet nomis. Apage te igitur uos trunci bestiarūq; irracionales hinc ex cœtu hominum ad bestias in syluam Bohemicam, ut impleatis illud Dauidicum. Homo cum in honore esset, non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Psal. 48.

Sed redeamus ad Salomonem. Dabis (inquit) ergo seruo tuo cor docile, ut iudicare possit &c. Vel hinc agnosce Philippe, non ubiq; in scriptura cor pro uoluntate accipi, teq; iniuste impugnare uoluntatis non modo libertatem, sed & uocabulum, quod Aristotelicum uocas, cum tot antea seculis fuerit receptum ac maxime usitatum in scripturis diuinis, non solum in historijs & Prophetis, sed etiam in lege Moysi & in Psalmis Dauidicis. Id quod ad oculos patet cuiq; legenti. Quod si ab homine tollas (ut facis) rationem & uoluntatem liberumq; arbitrium. quid obsecro remanebit in homine, per quod cor docile fieri queat, aut p quod inter bonum malumq; discernat, aut recte iudicet? Illis enim ablatis, non aliter profecto loquetur homo q̄ Nume. 22. garrula pica, seu quàm asina Balaam.

Quarto, iterum subdit, in hoc testimonio nostro, 3. Reg 3. Deus. quia postulasti (inquit) uerbum hoc, & non petisti tibi dies multos nec diuicias &c. Profecto si ullus adhuc reliquus tibi esset oculus mentis, cuius lumen nō extinxisset noxius heretica prauitatis fumus, clarissi

me uide re hic posses, postulandi uoluntatem, electio-
nemq; postulandorum liberam fuisse Salomoni. Tum
quia prius dixerat ei deus. Postula quod uis. Tum quia
hic dicit. Quoniam postulasti sapientiam, non longam
uitam, non opes, non potentiam aut uindictam contra
tuos inimicos. Non igitur necessitate, sed ratione et uo-
luntate liberaq; electione, sapientiam, potius quam di-
uicias aut gloriam, à deo postulauit Salomon. De qua
Prouerb. 3. sic scriptum postea reliquit in Prouerb. Beatus ho-
mo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Me-
lior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, pri-
mi & purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opi-
bus sapientia, et omnia quae desiderantur, huic non ua-
lent comparari & c.

3. Reg. 8.

In octauo autem capite, erecto, deditq; templo
illo nobilissimo simul & sanctissimo, Salomon bene p-
luxa oratione inter alia multa sic quoq; precatus est da-
minum. Si clausum (inquit) fuerit caelum, & non plue-
rit, propter peccata populi tui Israël, & orantes in lo-
co isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis
suis conuersi fuerint propter afflictionem suam. Exau-
di eos in caelo, & dimitte peccata seruorum tuorum
& populi tui Israël. Et ostende eis uiam bonam, per
quam ambulent, & da pluuiam super terram, quam
dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fu-
erit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut cru-

EX TERTIO LIBRO REGVM.

go, aut locusta uel rubigo. Et afflixerit eum inimicus eius, per as obsidens. Omnis plaga, uniuersa infirmitas, cuncta deuotatio & imprecatio, que acciderit omni homini de populo tuo Israël, si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderet manus suas in domo hac, Tu exaudies in cælo, in loco habitationis tue, & repropitius beris. Et facies, ut des unicuique secundum omnes uias suas, sicut uideris cor eius. Quia nosti solus cor omnium filiorum hominum, ut timeant te cunctis diebus, quibus ueniunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Hæc ad decem Salomon.

Non uides hic Philippe, sicut in fumosis allegationibus tuis, quas magis numeras quam ponderas, truncatas aut semiplenas uersiculorum dimidiorum sententias, aut omnino impertinentes, aut improba uicinos tortas, sed integrum perfectæ sententiæ cõtextum, ubi remque contra bestialitates uestras telorum segetem, ad quam iuste explicandam, uix totus mihi sufficeret dicitur. Quo mihi autem tanta in rebus certissimis prolixitas? Breuius igitur, quantum licet, seriatim, uelut per puncta, tela tibi nostra hinc summenda monstrabo.

Primum igitur agnosce hic sacrilegum conatum ustrum, quo templa & monasteria Germaniæ, in Bohemias Cryptas peruertere satagitis. Dicentes pleno impietatis ore, uti circa principium retulimus, quintam Antichristi faciem esse egregiam illud perpendite pe-

ccunie

Sacrilegum
Lutheri.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Multi erro-
res Luth.

curiæ artificium, in struendis, erigendis, locupletandis
ornandisq; tēplis, monasterijs, sacellis, altaribus &c.
Cum uideas hic tanta bona unius templi commemora-
ri. Deinde agnosce errorem tuū, quo putas, propter
diuinam prædestinationem omnia euenire necessario,
nihil cōtingenter aut uoluntarie. Cum hic tot enumerē-
tur contingentia, quorum cause referuntur in pecca-
ta hominum, non in prædestinationem dei. Petit enim
Salomon, ut sicut propter peccata populi acciderint,
ita propter eorum pœnitētiā ea deus clementer tol-
lat & remoueat. Tertio, agnosce falsum esse bestiale
istud paradoxum tuum, quo negas in nobis libertatem
uoluntatis & lib. arbitriū. Quia dicit Salomon. si clau-
sum fuerit celum propter peccata populi, & orātes
in loco isto pœnitentiā egerint nomini tuo, & à pec-
catis suis conuersi fuerint &c. Hæc sanè omnia uolun-
tario, non necessario, faciunt homines, alioqui Mani-
chaica impietate (ut supra diximus) deus aut diuina
prædestinatio diceretur causa peccati & mali culpæ.
Quarto, agnosce falsum esse dogma illud ignauæ,
quo dicitis, omnia bona opera hominum, ante iustifica-
tionem facta, esse fructus maledictos & peccata mor-
talia. Nam ait hic Salomon. Si orantes in loco isto, pœ-
nitentiā egerint, & à peccatis cōuersi fuerint, exau-
di eos in cælo, & dimitte peccata seruorum tuorum.
Quod si orare, pœnitentiāq; agere, atq; à peccatis
conuerti

LIB. I
EX TERTIO LIBRO REGVM.

conuerti ad deum, essent fructus maledicti & peccata
Quomodo exaudiret per ista peccatores deus? aut
quomodo peccata eorū dimitteret? Nunquid p pecca
ta peccata dimittit? Cū uero Dialecticē scripseris. fa
cile cognosces me probe in hunc modum argumentari
Aueri à deo ad peccatum, peccatum est & opus ma
lum. Ergo à peccatis conuerti ad deum, non est pecca
tum sed opus bonum.

Quinto, agnosce maliciosum desperationis laque
um, quem miseris peccatoribus ponitis, dicentes ficti
ciam damnabilemq; esse pœnitentiam, quæ sit per ti
morem pœnæ, per dolorem, & per peccatorum re
collectionem in amaritudine animæ. Nosti enim qualis
super his multa nimis deblacterauerit Lutherus. Tu
uero uclut Colophonem impiæ sapientiæ uestre addis
in hoc libro, dicens, non nisi simulatum esse de peccatis
dolorem per liberum arbitrium, quia non possit pec
catum odisse natura. Ideo tanquàm pestem cauenda
mones scholastica (ut uocas) figmenta de attritionibus
& de dolore per lib. arbitrium simulato. Atqui Salo
mon ait hic. Si orantes pœnitentiam egerint, & à pec
catis conuersi fuerint propter afflictionē suam. Exau
di eos in cælo, & dimitte peccata seruorum tuorum.
Non igitur omnes peccatores sub pœnitentiæ initio per
fectam habent contritionem. non amorem timoremq;
filialem, sed ab imperfectis (ut & in alijs rebus fieri
solet)

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

solet)incipiunt, ad perfectiora subinde tendentes, ab
attritione ad contritionem, à timore seruli ad filialem
Recte igitur & absq; peccato recogitant in amaritu-
dine animæ suæ & cum dolore pœnitudinis peccata
sua, pro quibus ad deum clament, ut eis dimittat. quod
si tu forte nunquàm de peccatis tuis doluisti, ubi con-
tra nos. Nō enim omnes homines sunt Melanchthones.
Tu uideris.

Nam quod ais, non potest peccatum odisse natura.
Quis tibi credat: facile enim & hic dialectica conse-
quentia confutaris, hoc modo. Natura appetit bonum
Ergo odit peccatum, quod est malū. Sed & hic ad in-
iuriam creatoris, Manchet posthumū agis. Vbi uero
secūdum naturam sic loquuti sunt Plato, Xenophon,
Aristoteles, Cicero, Seneca, Plutarchus, & id genus
Ethnici cōplures, qui gratiam Dei nō erant conseque-
ti: Quāto igitur satius est, illos authores, quā tuā
aconita presentissima, uuētū nostræ prælegi. Quā-
uis aut Lutiānus tuus & deos riserit & philosophos,
ac pari loco habuerit uirtutes & uitia. Potes tamen fa-
cile ex Hortatio Persioq; & Iuuenale cognoscere, quā-
tus sit de commissis sceleribus cruciatus in conscientia
etiam quamlibet malorū & facinorosorum hominū.

Confutatio
Philippi.

Sed quid ego paucos tibi agnoscendos errores com-
memoro, cū totus liber tuus per omnes pagellis erro-
res inundet? quin potius uni, de quo hic agitur, testimo-
nium

EX TERTIO LIBRO REGVM.

nium hoc nostrum opponamus breuissime in hunc modum. Primo. si necessario peccat populus, cur cœlum claudat dominus, ne pluat, cum necessitas neq; legem habeat neq; culpam? Aut cur non semper claudit cœlum Deus si semper necessario (ut ais) populus peccat? Deinde quid oras fieri quod necessario fit, etiam si non ores? Tertio. Cur agis pœnitentiam super eo, quod necessario euenit? Nonne stultum est, pœnitere te super ortu solis? Quarto. Quomodo conuerteres te à peccatis quæ necessario fecisti? Nūquid à cursu suo sol unquam se cōuertit? Quinto. Quis coget Deū, ut te necessario exaudiat? Sexto. Quomodo dimittit tibi peccata, quæ necessario fecisti? Nunquid dimittit igni, ne sursum feratur, aut lapidi quod cecidit necessario deorsum? Nū Lunæ defectum aut Soli occasum Deus dimittit? Septimo. Frustra precaris Deū, ut uiam per quam ambules, tibi ostendat, cum eam tibi necessitas sine precibus tuis ostendat & aperiat. Si enim necessario per eam ambulas, siue ores siue taceas, non poteris per eam non ambulare. Vides iam Philippe, quanta ex hoc testimonio nostro, cuius mediū adhuc nusquam attigimus, tela in bestialitatem tuam, qua uoluntarium tollis & liberum arbitrium iaci queant. Sed nos breuitatis gratia, omissis plurimis, ad tertium huius libri testimonium quo & contenti erimus, properamus.

In nono igitur capite, cū secundo apparuisset Salo-
moni

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

non Deus, inter cetera, hæc quoq; uerba loquutus est. Tu quoq; si ambulaueris (inquit) coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis & in æquitate. & feceris omnia quæ præcepi tibi, & iudicia mea seruaeris, & legitima mea, ponam thronum regni tui super Israël in sempiternum, sicut loquutus sum Dauid patri tuo, dicens. Non auferretur de genere tuo uir de solo Israël. Si autem auersione auersi fueritis uos & filij uestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & caerimonias quas proposui uobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, et adoraueritis eos auferam Israël de superficie terræ quam dedi eis, & templum, quod sanctificauit nomini meo piciam à cõspectu meo. Erutq; Israël in puerbum & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. Hæc tibi deus.

Nunc elige tu Philippe (si modo eligendi ulla tibi est facultas, quilibet arbitrium, quo eligimus, non agnoscis) utrum deum facias iniquum & mendacem, an errorem potius corrigas tuum. Si enim non est hominibus lib. arbitrium, quomodo possunt seruare aut non seruare mandata dei? Nunquid ignis potest tendere & non tendere sursum? Cur deus hominibus, præcepta seruantibus promittit bona, non seruantibus uero minatur mala? Cur non similiter bene promittit igni tendenti sursum, & male minatur lapidi cadenti deorsum? Aut cur non punit lapidem qui sursum non tendit? Certe

EX TERTIO LIBRO REGVM.

dit? Certe, si nihil est uoluntarium, sed omnia eueniunt
necessario, non uideo, cur deus hominem auertentem
peccantemq; puniat, potius quàm lapidem deorsum
cadentem, etiam si millies iaciatur sursum. Presertim
cum tu dicas, quòd natura impij sumus, nec possit pec-
catum odisse natura. Quod enim à natura inest, qua
quæso æquitate punitur? Cur igitur punitur homo pec-
cans potius quàm lapis deorsum cadens, cum tua sen-
tentia sic ferat utriusq; natura.

Merito igitur ei ei debes, ut hostis humani generis, Phil. facit
è cætu hominum, qui hominum conditionem longe de hominē la-
teriore facis quàm lapidis. Quid ita? quia lapis na- pide peio-
tura grauis est, & non punitur. Homines autem, per rem.
dogma tuum prædurum ac planè lapideum & insen-
satum, natura impij sunt, & puniuntur. Lapis absq;
culpa & pœna deorsum cadit necessario. Homo autē
per te necessario peccat, & incurrit per hoc non mō-
do culpam, sed & pœnam. Hæcine est bonitas crea-
toris? Hæcine iusticia dei? O monstrificum Manichæi
partum, qui adeo malum & iniquum facit creator em
in sua creatura, atq; adeo turpem deum in sua imagi-
ne. Quid enim peius quàm necessario malum appet-
ere & facere? Quid iniquius, quàm creare hominem
natura impium necessarioq; peccantem, eumq; sic cre-
atum punire? Non enim habet homo naturam suam
à seipso, sed à deo creatore. Ipse enim fecit nos, & nō

Psal. 99.

D 151

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

ipsi nos. Quod si est (ut ais) homo natura impius, nonne multo turpior est imago dei homo quam lapis? Nō enim natura impius est lapis. Hec in fœlicem hoc Manichaico fœtu Germaniam, quàm te det pigetq; ac pudet me huius disputationis & pistri. Utinam ex rebus humanis ablatas & delctas esset liber tuus, ne opus esset hanc meā responsionem adere. Ut uero adā, improba certe necessitas expostulat. Ne scilicet credant exteræ Nationes, ad quas liber tuus, tot milibus toties excusus, peruenit, omnes Germanos pariter insanire tecum. Et ne iuuenius nostra tot blasphemijs hæresibusq; tuis se recte imbuat. Pium deniq; est & honestum, asserere qualicunq; responsione à malitia & iniquitate deum, à bestiali lapideaq; conditione hominem, atq; à turpitudine naturalis impietatis imaginem dei. Ecce iam tempus est, tertium producere testem, licet secundi testis dictum tertium nondum examinauerim per ullos articulos. Vbi autem ad ista qualiacunq; responderis, latius nobis differendum erit.

EX LIBRO PSALMORVM

TESTE III.

CUr tu ex Psalmis nullum tibi fumum conquisueris, nescio equidem. Scio autem, uel ex uno hoc Psalmorum libro, supra mille, contra bestialitatem tuam, testimonia, qualia tu in breuibus uersiculis hemisti, hisq; commendicare soles, haud diffi-

coulter

EX QVARTO PSALMO.

multe erui ac produci posse. Volebam tibi mox primi
Psalmum totum obijcere, in quo ut plurimū a & pul-
cherrima sunt contra sententiam tuam dicta. Cū uero
sacri Doctores exponant eum potissimum de Christo
ad cuius perfectionem reliqui homines non pertingūt
ideo consulto illum omittimus. Ne queraris te Christi
uoluntate uirtutibusq; premi. Et memini me ante ali-
quot annos uidisse pulcherrimum in hunc Psalmum
Erasmi nostri Commentarium, ex quo nec pauca nec
inepta, contra errores tuos, testimonia proferri que-
ant. Libet igitur nunc eum tibi opponere Psalmum,
quem quottidie per uniuersam ecclesiam dei aut legūt
aut cantant primo loco in Completorio consecrati sa-
muli famuleq; Christi.

At argo Dauid Psalter Dei. Cū inuocarem, exau-
diuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti
mibi. Glossa interlinearis. Quasi dicat. Conuertimini
& deus uos exaudiet sicut me. Ego enim de iniustitia
ad iustitiam me cōuertens, inuocaui & exauditus sum.
Tu uero dicis Philippe, Non habet homo lib. arbitri-
um, quo se à peccatis conuertat, nec potest peccatum
odisse eius natura. Quomodo igitur inuocet, aut quo-
modo exaudiat cum Deus? At Dauid. Deus iustitiæ
meæ. Et Paulus. Reposita est mihi corona iustitiæ. Itē
Christus ad discipulos. Nisi abundauerit iustitia uestra
plus quàm scribarū & phariseorum, non intrabitis

D 2 in

Psalm. 4.

2. Timo. 4.
Matth. 5.

in regnum caelorum. Tu uero dicis. Opera, quae iustificationem consequuntur, quia fiunt in carne adhuc impura, sunt & ipsa immunda, peccataque uenialia, licet a spiritu Dei proficiantur. Et furiosus magister tuus ait. In omni opere bono iustus peccat. Item. Opus bonum optime factum, est peccatum ueniale. & hoc, secundum misericordiam Dei. sed mortale peccatum secundum iudicium Dei. Respondi ego ad has impias falsasque insanas uestras, non nihil in superioribus. Hic cum iustae (quae utique proprium deponeret librum) responsioni non sit locus, satis fuerit, opposuisse uobis Psalmum. 25. In quo ait Dauid. Iudica me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Item. Lauabo inter innocentes manus meas. Item. Pes meus stetit in directo. Quod si ad ista non attenditis, attendite saltem ad dicta Esaiæ (in cuius uno dicto omnis prope modum fiducia stat insania uestra) quae mox in primo capite ponit. Si fuerint (inquit) peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Et si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Item. Si uolueritis & audieritis me, bona terrae comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos. Quid quaeso apertius pro uoluntate liberoque arbitrio nostro dici queat? Subdit Euangelicus uates. Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis & plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida. Item ait dominus. Conuertam manum meam ad te, & excoquans

Luth. in dscr. art. 31.
G. 32.

Psal. 25.

Esaiæ. 1.

EX QVARTO PSALMO.

quam ad purum scoriā tuam, & auferam omne stah-
num tuum, & restituaui iudices tuos ut fuerunt prius
& consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc uocaberis
ciuitas iusti, urbs fidelis. Syon in iudicio redimetur
& reducent eam in iustitia. Istud Philippe uaticinium
impletum ne est per Christum, an uero alium cum Iu-
dæis Messiam, per quem impletur, expectas?

Cum igitur non solum David, sed etiam Christus,
Paulusq; & Esaias, & quis non? confiteantur in homi-
nibus iustitiam esse. Cur uos omnia opera hominum,
quamlibet sanctorum, dicitis esse peccata, & quidem
mortalia secundum iudicium dei? Quid, quod infantiæ
uestre sibiipsis stolidissime contradicunt, ut contradi-
cendi labore nobis minime sit opus? Tu enim dicitis, o-
pera iustificationem consequentia sunt peccata & im-
munda. At bene sequitur, si sunt peccata, ergo non cõ-
sequuntur iustificationem. Peccatum enim (teste Ioan-
ne) iniquitas est. Item Magister tuus dicit. In omni ope-
re bono iustus peccat. At bene sequitur, iniuste facit q̄
peccat. Iustus autem in bono opere non facit iniuste,
ergo tum non peccat. Omnis enim (inquit idem Ioan-
nes) qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Item om-
ne peccatum est opus malū. Quomodo igitur opus
bonum est peccatū? Atq; ut maior sit uestra stultitia,
dicitis. Opus bonū optime factum est peccatū. Quid
ergo est opus malum pessime factum? nunquid hoc ius-
tus est aut iustitia? Quem igitur non tedeat uobiscum

D 3 disputare

Dicta Lut.
contraria se
bipsis.

1. Ioan. 3.

ut supra

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

- ut supra. disputare? Filioli (inquit Iohannes) nemo uos seducat. Qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Sed redeamus ad Psalmum nostrum.
- Rom. 5. Ait Dauid. In tribulatione dilatasti mihi. Sic et Paulus dicit ad Roma. Gloriamur in spe gloriæ filiorum dei non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem probatio uero spes, spes autem non confundit. Sic alibi & Dauid ait. Probasti cor meum, & uisitasti nocte, igne me examinaisti, & non est inuenta in me iniquitas. Vos autem sapientia uestra bestiali disputatis, etiam in craticula Laurentium, & in cruce Petrum & Andream peccassit. Item conformiter ad psalmum nostrum ait Iacobus Apostolus. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis, scientes, quod probatio fidei uestrae patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Vos autem canina uestra Theologia, quamlibet leuem aut subitanam carnis tentationem facitis peccatum, quantumcumque resistat illi ratio seu mens uestra. Immo eo nos insanae peruenisse dicit insanus tuus magister, ut etiam libidinem ineuitabilem sanctorum parentum, dum generant, defectum uocemus, & non peccatum proprie dictum.

Luth. in asser. art. 2.

Miserere

EX QVARTO PSALMO.

Miserere mei, & exaudi orationem meam. Quo- Psal. 4.
modo autem hic dicit, Miserere & exaudi, cum iam
dixisset, Exaudiuit & dilatasti? Respondet Hierony-
mus in hunc modum. Licet mihi auxilium tuleris, &
in tribulatione dilataueris mihi, tamen ego misericor-
dia tua semper indigeo. Breuius glossa ordinaria. Mi-
sertus (inquit) de iustitia & dilataatione. Itē miserere
contra miserias huius uitae. Itē Lyranus expositor. Mi-
serere (inquit) in futuro. sicut fecisti in praeterito. Be-
neficiū enim obtentum praestat fiduciam ad aliud ob-
tinendū. At haec omnia essent uana, si cuncta (uti tu pe-
cudes Lutherinas doces) necessario euenirent. Itaq;
per te nō opus est oratione, quia necessario miseretur
& exaudit Deus. Alioquin non euenirent (quod & ue-
rum est) omnia necessario.

Filij hominū, usq; quo graui corde: ut qd diligitis uani-
tatem, & queritis mendaciū? Hic per energiam (ine-
quit C. ssiodorus) alloquitur Ecclesia genus humanū,
ne in culturis demomorū grauius errore permane-
at, quatenus pro ipso exaudiri possit fusa precatio.
Alioquin irrita pro se reddit uota supplicantiū, quis-
quis non reliquerit consortia peccatorū. Tu uero Phi-
lippe, non solum uota, precesq; sed & bona opera no-
stra, irrita atq; etiam mala & peccata facis. Et uelut
inimicus humani generis, dicis illud Dauidicū. At ora-
tio eius in peccatum, & diabolus stet à dextris eius. Psal. 108.

D 3 Item

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Item glossa interlinearis ait, Filij hominum, qui uti ratione debetis. Tu autem ita male faues rationi hominū ut eam uel maxime carnē remq; perniciosam esse scribas. An non igitur diaboli potius quā hominū filius dicaris? Quemadmodū enim ratione & intellectu suo ubiq; abutitur diabolus, ita & tu, non modo ratione tua pessime abuteris, sed etiam aliorū hominum rationem damnas, & deum in imagine sua impie suggillas & uituperas.

Ait Dauid. Usq; quo graui corde? Addit nobilis Cassiodorus. Merito eos diutius graues corde fuisse dixit, qui post ueritatis prædicationem adorare magis elegerunt idola falsitatis. Tu autē in corde tuo dices, credo hic, neq; Dauid, neq; Cassiodorus hic recte loquuntur. Quid ita? quia Christianus (inquies) agnoscit, nihil minus in potestate sua esse, quā cor suum. Non recte igitur increpat de graui corde filios hominū Dauid, cum in potestate sua cor suum non habeant. Cūq; nulla sit (inquies) uoluntatis humane libertas, sed omnia eueniant necessario, male dicit Cassiodorus, eos diutius graues corde fuisse, qui elegerunt magis idola falsitatis, quā Deum uerū adorare. Quia ubi necessitas est, ibi uoluntatis libertas & electio locū nō habēt.

Ait ulterius Dauid. Ut quid diligitis uanitatem & queritis mendacium. Addit Cassiodorus. Vanitas nomen est quidem generale uiciorum. Sed illud proprie

nam

EX QVARTO PS ALMO

vanum dicitur, quod à Deo probatur alienum. Et mendacium istud idola significat, quæ tale nomen merito susceperunt, quia contra dignitatem ueritatis erecta sunt. Sic & Esaias dicit. Adorantes uana & falsa, misericordiam tuam dereliquerunt. Arguuntur itaq; illi, qui idolorum turpissimo amore flagrabant. Et sub increpatione pronuntiandum est, ac si diceret. Quare uanitatem diligitis qua peritis? Diligere enim debemus proficua, non noxia. Queritis mendacium, quod utiq; non appetere, sed refugere deberetis. Tibi autem Philippe uidebitur uterq; homines iniuste arguere, quia ad diligendam uanitatem mendaciumq; putas hominem natum esse. Ais enim sicut in igni est genuina uis qua fertur sursum, ita est in homine natua uis ad peccandum. Ais nos naturam impios & mendaces esse, ais omnes homines semper esse reuera peccatores semperq; peccare. Male igitur tua sententia increpat hic homines uanitatem mendaciumq; diligetes Dauid. Negas enim uim esse ullam in homine, quæ serio adfectibus aduerfari possit.

Et scitote, quoniam mirificauit dominus sanctum suum, dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Permanet (inquit Cassiodorus) in increpatione salutari, ut ad ueræ religionis affectum, corda dementium explosa prauitate conuertat, pronuntiâs illis ueritatis arcanum, ut incarnationem sanctam uenerabiliter

D s suscipere

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

suscipere non recusent. Sanctum suum dicit dominum
Christum. Tu uero Philippe omnem increpatione ne
cessitate humanorum actuum irritam facis, nec finis pec
catores corda conuertere ad deum, quæ in potestate
sua, te iudice non habent. Nec unquam possunt prauitatem
si tibi creditur, explodere, cum in omni opere
quãtũlibet etiam uirtuoso, mortaliter peccent. At lon
ge aliter nos docent sancti Prophetæ. Aut enim Esaias.
Ezech. 18. uester. & assumam uos. Item Ezechiel. Conuertimini
& agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ue
stris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Projicite
à uobis omnes iniquitates uestras, in quibus præuari
cati estis, & facite uobis cor nouum & spiritum nouũ
& quare moriemini domus Israël? quia nolo mortem
morientis, dicit dominus deus. Reuertimini & uiuite.
Tu uero dicis peccatoribus. Conuerti non potestis
non est uobis ulla uis affectibus resistendi. Iniquitas est,
quicquid agitis, quicquid facitis, male dictæ arboris
male dictus fructus est. Nihil minus, quàm cor uestrũ,
in potestate habetis, omnia necessario eueniunt, neces
sario peccatis in omni opere uestro, quomodo igitur
ad deum conuerti potestis? At infinite sumi increpati
ones exhortationes s; Prophetarum Christi; & Pau
li, qualẽge aliter sonant. Proinde nihil tu ex impietati
bus

Esaiæ 46.

Hiere. 3.

Ezech. 18.

Impie uo
ces Philip.

EX QVARTO PSALMO.

bus istis consequeris, nisi ut habearis animarū subucr-
 for, prædo uoluntatis, præco peccati, hostisq; humane
 salutis. At Daud. Dominus exaudiet me, cum clama- Psal. 4.
 uero ad eum. Cassiodorus exponendo dicit. Id est, cum
 bonis operibus diuinitati supplicauero. Ipse enim cla-
 mor est, qui tacitus ad deum peruenit, & exaudiri fa-
 cit eos, qui bonis operibus constanter insistent. Tu ue-
 ro omnia opera hominum, etiā sanctorum, etiam opti-
 me facta, dicis esse peccata, dicis putere uirtutes mora-
 les, dicis pollutum menstruo pannum iustitias sancto-
 rum.

Ira scimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordi-
 bus uestris & in cubilibus uestris compūgimini. Veni-
 alis est (inquit Cassiodorus) ira, quæ ad effectū suæ in-
 dignationis non peruenit. Sicut scriptū est. Melior est Prouer. 16
 qui uincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Tu uero di-
 cis, nulla est uis in homine, quæ adfectibus resistere Vincenda
 possit. At multo melius, dicit hic glossa ordinaria. Si ira.
 motus surgit animi, qui non est in potestate, non ei con-
 sentiat ratio. Quod si possumus irascendo non pecca-
 re, multo magis possunt non peccare sancti, dum orāt,
 laudāt aut cōfiteantur deum, aut dum iuuant proximū
 eleemosynis alijsq; pijs studijs obsequijsq; & exēplis.
 Christus enim dicit. beati mites, beati pacifici, beati q Matth. 5.
 persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nusq;
 autem dicit. Beati iracundi, beati rixantes, beati qui
 persecu

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

persecutionem faciunt. Quare falsum est, quod dicitur,
iustos in omni opere bono peccare. Falsum item, affe-

Prover. 16. Etus in potestate nostra non esse. Nam teste Salomone
Roma. 12. iram uincere possumus. Et Paulus ait. Noli uinci à ma-
lo, sed uince in bono malum.

Seneca in li. bro. 2. de ira. Item Seneca. Nihil est (inquit) tam difficile & ardu-
um, quod non humana mens uincat, & in familiarita-
tem perducatur assidua meditatio. Nulliq; sunt tam fe-
ri & sui iuris affectus, ut non disciplina perdometur,

Vis mentis humanæ. quodcumq; sibi imperauit animus, obtinuit. Quidam
ne unquam riderent, consequuti sunt, uino quidã, alij
uicere, quidam omni humore interdixere corpori-
bus, alius contentus breui somno, uigiliam inde fatiga-
bilem extendit. Didicerunt tenuissimis & aduersis su-
nibus currere. Et ingentia uixq; humanis toleranda ui-
ribus onera portare. Et in immensam altitudinem mer-
gi, ac sine ulla respirandi uice percepti maria. Nulle sunt
alia, in quibus pertinacia impedimentum omne tran-
scēdit, ostenditq; nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mēs
patientiam indiceret. Istis, quos paulo ante retuli, aut
nulla causa pertinacis studij, aut indigna merces fuit.
Nos non aduocabimus patientiam, quos tantum pre-
mium expectat, fœlicis animi immota tranquillitas?
Quantum est, effugere maximum malum iram, & cū
illa rabiem, seuitiam, crudelitatem, furorcm, & alios
comites affectus eius? Non est quod dicas, excidi non
posse

Comites
iræ.

EX QVARTO PSALMO.

posse, sanabilibus egrotamus malis, ipsaq; nos, in re-
ctum genitos natura, si emendari uelimus, iuuat. Hæc
& id g' nus multâ pulcherrime per tres libros de ira
scripsit Seneca, temporibus Pauli Apostoli. Quæ pro-
fecto nō solum rationi sed & scripturæ multo magis
consentanea sunt Philippe, quàm bestialitates tuæ de
affectibus.

Quod si iram uincere (ut ostendimus) homo po-
test, quanto magis alios affectus ratione animiq; mode-
ratione perdomabit & uincet? Cæteris enim aliquid
quieti placidq; inest, iræ autem affectus totus concita-
tus & in impetu est, & nullus affectus est, in quē non
ira dominetur. Amorem ardentissimum uincit. Trans-
foderunt itaq; (ut idem refert Seneca) amata corpora
& in eorum, quos occiderant, iacere complexi-
bus. Auaritiam, durissimum malum minimeq; flexibi-
le, ira calcauit. Adacta opes suas spargere, & domū
rebusq; in unum collatis iniicere ignem. Sed hæc pro-
lixius quàm necesse est.

Sunt & aliæ huius uersiculi expositiones, quas re-
ferre longum foret. Inter quas hæc memorabilis est,
ut irascamur præteritis peccatis, ut præsentem nequi-
tiam possimus effugere. Delicta enim recētia (inquit
Cassiodorus) declinare non possumus, nisi uctustā lau-
dabil execratione dānemus. Quid est enim aliud præ-
nitere, nisi ut a se sibi, ut horreat quod fecit, & crucia-

Cassio. su-
per Psal. 4

tus

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

ius à se exigat, ne iudex potius iratus affligat? Tu uero Philippe eusmodi poenitentiam ficticiam dicis, ne gasq; hominē naturamue odio habere posse peccata.

Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino. Sic & in posterioribus psalmis ait. Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Item. Sacrificiū laudis honorificabit me, & illiciter est in quo ostendam illi salutare dei. Item. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Sic Ecclesiasticus dicit. Sacrificium salutare est, attendere mandatis & discedere ab omni iniquitate. Sic in Marco ait ipse dominus. Diligere proximum sicut seipsum, maus est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. At uos boni uiri, nō solum prophetis & conspurcatis nobis ista laudis iustitiæq; et poenitentiæ pia mundaq; & salutaria sacrificia, dum dicitis, omnes homines semper peccatores esse, & in omni opere semper peccare, & sanctorum iustitias esse pānum menstruo pollutum, poenitentiamq; contribulatiū spiritus fictitiā esse, sed & sanctissimum mundissimumq; ac efficacissimum Liturgiæ seu missæ sacrificium indignissimis modis contaminatis, irridetis, detestamini pentusq; tollere de medio conamini.

Hæc enim sunt Gyantica uerba spurcissimi magistri tui, in sceleratissimo libro de abroganda Missa. Prorsus inauditum (inquit) monstrum est sacrificium istud

Psal. 49.
eodcm.

Psal. 50.
Eccl. 35.

Marci. 12.

Verba
Luth.

EX QVARTO PSALMO.

istud Papisticum, ut scire ipse Papa cū suo corpore toto non sit & que monstruosus. Totū nos uoramus, & totum deo offerimus. Hoc est tantum dicere, Neq; uoramus si offerimus, Neq; offerimus si uoramus. Et ita, dum utrūq; facimus, neutrū facimus. Quis audiuit unquam talia? Hec sacrilegus Christi & Ecclesie Dei uiligator, harpyiaq; obscœnissima, que sacratissimā domini mensam tā horrendis fœditatibus rostro fœtidissimo sic polluit, et Deo offerri negat, quōd ab eo accepimus. Quid autem boni habemus quod non accepimus? Quid ergo diræ & cucullatæ huic Celeno respondeat? Breuitas expetita hoc satis esse modo iubet, quōd ait sapiens. Da altissimo secundum donatum seu datū

etis, & in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum. Quoniam dominus retribuens est, & septies tantū retribuet tibi. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatū est super nos lumen uultus tui domine, dedisti letitiā in corde meo. Ex his multis estis & uos Lutherani, q̄ homines natura malos, impiosq; & mercedaces facitis, sugillantes rationē, liberumq; arbitriū brutaliter abnegātes. Atq; ut tu Philippe eiusmodi bestialitatū antesignamus sis, ita scribis de peccato mortali. Est (inquis) mortale peccatum omne opus hominis qui non est in Christo, quia male arboris, nempe carnis, malus fructus est. Adfectus autem carnis mors est, ad Rom. 8. Item adfectus carnis inimicitia est ad uersus

Verg. 3. lib.
Aeneidos

Eccle. 35.

Phil. Mel.
de lo. cōmū
nib.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

uersus Deum. Item, qui in carne sunt, deo placere non possunt. Quibus locis necesse est, ut carnem interpreteris de tota hominis natura, adeoq; de præstantissimis naturæ uiribus. Immo nõ alia pars hominis magis caro est, quàm suprema uis, ratio, quòd in illa proprie sit ignorantio & contemptus dei, incredulitas & hoc genus fonticæ pestes, quarum fructus & opera sunt omnes sanctiões humane. Cõtra, uenialia peccata sunt omnia sanctorum opera, nempe, quòd per misericordiam Dei credentibus condonentur. Hæc tibi, & paulo superius. Humana (inquis) ratio nec timet Deum, nec credit ei, sed est prorsus ignorans dei, & contemptrix, iuxta Psal. Dixit inspiens in corde suo, non est deus. Et quia cor humanum prorsus est ignorans Dei, ideo ad sua cõsilia & ad suas cupiditates deflectit, & sese sibi pro deo erigit. Item, quom cor humanum Deus per legem sensu peccati confundit, nondum nouit Deum, nempe bonitatem eius non cognoscit, ideo odit uelut carnificem. Et rursus aliquanto superius. Nunc (inquis) philosophica impietate, impijs Poetarum ac Oratorum sententijs, naturæ impietas excitatur.

Dignitas
hominis.

Gen. 1.

Hæc & id genus innumera, Marcionica, Manichæica, blasphemica, Cryptica, & ut uno uerbo dicam, Lutherica dicta in isto tuoli bro pertractas, quibus friuole sacre scripture loca plerunq; accommodas. Sed audi, quid tibi dicant scripture. Faciamus (inquit Deus

atq;

EX QVARTO PSALMO.

atq; adeo superbenedicta trinitas hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, ut presit piscibus maris &c. Et Psalmista. Quid est (inquit) homo, quod memor es eius aut filius hominis quoniam iustas eum? Minus enim paulo minus ab angelis, & quæ sequuntur conformiter ad deis sententiam in Genesi. Et ne dicas, ea bona hominem cuncta perdidisse per lapsum, Ita scribitur rursum in Genesi. Benedixitq; deus Noe & filijs eius, & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini, & replete terram, & terror uester ac tremor sit super cuncta animalia terre, & super omnes uolucres cæli cum uniuersis quæ mouentur super terram. Oēs pisces maris manu uestre tradite sunt. Et longè post ait Psalter noster. Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Addit Augustinus. Hoc lumen esse totum & uerum hominis bonum, quo signatur, ut denariis imaginè regis. Quod glossa ordinaria in creatione quidem rationem. In recreatione uero gratiā esse, pulchre distinguendo definit. Et glossa interlinearis tam uenuste quā breuiter sic exponit. Signatum, id est, impressum rationi, qua ei similes sumus, ut sigillū cereæ. Et Lyrensis expositor. Lumen (inquit) naturale intellectus humani, quod est quædam impressio diuini luminis, eo quod homo secundum partem intellectiua est ad imaginem dei, sufficienter ostendit quæ sunt opera uultus.

Psal. 8.

Gene. 2.

Psal. 4.

Signatus est

per nos lumen

mentis.

E Quod

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

2. Corin. 3.

A nobis
quasi ex no
bis.

Capit. 8.

Quod si huic confesi in obijcias illud Apostoli, Fi
ductam autem talem habemus per Christum ad dei m
non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis,
quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. Audi
quid ipse respondeat. A nobis quasi ex nobis. Quasi
dicat. Licet enim agam aliquid per lib. arbitrium. non
tamen ex me. quia lib. arbitrium non est causa suffici
ens boni operis sine diuina motiõe. Et sic (inquit) lib.
arbitrium saluat Apostolus. cum dicit. A nobis. Et gra
tiam dei commendat. cum dicit. quasi ex nobis. Et sic
tollitur duplex error. Vnus illorum (inter quos & tu
nunc Philippe simul cum Onepago magistreg; tuo
damnabiliter existis) qui dixerunt. lib. arbitrium mi
hil agere in meritorio opere. sed totũ esse à deo. quia
taliter non esset remunerandum. Alius est error Pela
gy. dicentis. quòd inchoatio boni operis est à nobis. cõ
summatio autem à deo. Qui tollitur per hoc. quod hic
dicitur. quòd in bona cogitatione deus operatur. Prin
cipium autem boni operis ex parte nostra est cogita
tio ipsa. Motio autem primi mouētis requiritur in mo
uentibus secundis. Qui disponit omnia suauiter. Pro
pter quod mouet omnia. ad fines suos consequendos.
secundum conditionem naturæ ipsorum. Et ideo illa.
quorum natura est ut sint libera uoluntatis. libere mo
uet ad actus suos. scilicet creaturas rationales. Alias
non libere. Et accipitur hic libere & non libere. pro
ut motus

EX QVARTO PSALMO.

in motus est in creatura. Quia prout à deo è, libere fa-
cit quicquid facit. Hec Nicolaus de Lyra ad dictū A-
postoli.

Quod si longior grauiorq; (satis enim duriter tibi
ulcus tangit) uideatur tibi ista illius responsio, accipe
breuiore à nobis. Primo. Non loquitur ibi Paulus de
lumine naturæ rationis humanæ, sed de lumine gra-
tiæ. Ait enim. Quoniã epistola estis Christi, ministra
ta à nobis, & scripta, non atramento, sed spiritu dei
uiu. Deinde lumen gratiæ non tollit, sed adiuuat & il-
lustrat lumen naturæ. Tertio. Conatus humanus mo-
tum auxiliumq; dei non respuit, sed uenerabiliter ad-
mittit & assumit. Quarto. Causa secunda non exclu-
dit, sed uel pœnitissime includit influentiam causæ pri-
mæ. Vti pulcherrime declarat Author libri causarum
in primo capite. Cum igitur deus sit prima causa rerū
omnium, cur excludat eius motionē auxiliumq; in opē
ribus bonis uoluntas nostra? Quinto. Non repugnat
libero arbitrio neq; naturæ lumen rationis humanæ
neq; supernaturale lumen gratiæ diuinæ, sed conatū
eius adiuuat, operationemq; ipsius in bonum dirigit,
Nam & ratio ad optimas res (ut in Ethicis tradit Ari-
stoteles, & in Tusculanis Cicero, alijq; authores pro-
batissimi quiq; inuuit, seu (ut uulgaris habet interpre-
tatio) ad optima deprecatur.

2. Cor. 3.

Arist. 1. E-
thi. circa fl
nen.

Falsum est igitur & impium, quod tu dicis Philip-

E 2 pc.

Affectus pe. præstantissimas naturæ humanæ vires, & supremam uim hominis, quæ ratio dicitur, esse carnem, de qua Apostolus dicat. **Affectus** carnis mors est, & iniicitia aduersus deum, & qui in carne sunt, deo placere nõ possunt. **Roma. 8.** Grauißima profecto est hæc & in deum (qui ad imaginem suam hominẽ fecit) blasphemia, & in genus humanum contumelia. Nec paruum scelus est, tam atrocem iniuriam sacrilegate meritate referre in Euangelicam tubam Christi; organum Paulum, uelut authorem. Carnem enim uocat Apostolus, non supremam uim hominis, mentem aut rationem, sed corpus & membra nostra ex Adæ præuacatione insecta & corruptioni obnoxia. Atq; etiam sensuilitatem & animales affectus turpiaq; desideria, quæ militant aduersus animam & menti seu rectæ rationi (quam ipse nõ raro spiritum uocat) repugnant. Ita enim ait paulo ante, in capite. 7. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. igitur ego ipse mente seruo legi dei, carne autẽ legi peccati. Vide ne iam, Carnalis Theologe, apud Apostolum longe aliud esse mentem, & aliud carnem? Quod si ulla adhuc frons tibi reliqua est, non poteris profecto non erubescere, ubi uideris à me produci Ethnicos, qui multo rectius atq; ad doctrinam Christi & Pauli conformius, quàm tutiusq; tot impietatum magister, scripserunt.

Ecce

EX QVARTO PSALMO.

Ecce tibi uerba Mercurij Trismegisti in Pimãdro. Mer. Tris-
 Quoruitis mortales ebrij? qui merum ignorantia cõ meg. textu
 bibistis, cum id ferre nequeatis euomite, uiuite sobrij, septimo.

oculis mētis inspicite. Respire iam, respirate, ad fon-
 tē uitę recurrite, illumq; , qui uos introducet in adytū
 ueritatis, capeßte. Ibi fulgidum lumen, nullis immi-
 xtum tenēbris, ibi nullus ebrietate delirat, sed omnes
 sobrij uigilant, atq; mentis oculis eum, qui uideri uult
 acutius intuentur. Is nec auribus percipitur, nec cerni
 tur oculis, neq; sermone profertur. Sola mēs eum pro-
 spiciat. Sola mens predicat. In primis autem oportet ue-
 stem, quam circumfertis, exuere, indumentum insci-
 tię, prauitatis fundamentum, corruptionis uinculū,
 uelamē opacum, uuam mortem, sensitiuum cadauer,
 sepulchrum circumuertile, domesticum deniq; furē,
 qui dum blāditur, odit, dum odit, inuidet. Ad seipsum
 te deorsum raptat, ne forte conspiciens ueritatis deco-
 rem atq; proximum bonum, huius oderis prauitatē.
 Nōne sunt hęc Philippe multo magis honesta, dictisq;
 Pauli atq; etiã Christi & Prophetarū consona, quã
 turpitudines & bestialitates tuę carnalissimę? Sunt
 illius uiri & alia id genus dicta quã plurima & pul-
 cherrima, quę hic commode referri non possunt.

Quid caro
 seu corpus

Pauca autem producam ex Aristotele, cuius tu do-
 ctrinam in uniuersum quãdam esse libidinem rixandi
 tam falso quã stulte dicis, ut uideãt complices quoq;

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Arist. 10. li.
Ethi.

Fœlicitas
mentis.

tui, quare cæca temeritate ubiq; ueritatem oppugnes,
posteaquam furiosicuculli dedititius ac uernula factus
es. Is igitur in ultimo libro Ethicorum in hunc modum
de mente ac suprema ui hominis eiusq; operatione &
fœlicitate acute disserit. Quod si fœlicitas (inquit) ope-
ratio est per uirtutē, consentaneum est rationi, per
eam esse, que est prestabilissima. Hæc autem eius fue-
rit quod est optimum. Siue igitur mens sit hoc siue ali-
quid aliud, quod quidem natura dominari uideatur ac
imperare, & animaduersionem habere de honestis di-
uinsq; rebus. Aut quia diuinū & ipsum est, aut quod
eorum, que sunt in nobis, est diuinissimum, huius ope-
ratio per uirtutem propriam ipsa fœlicitas fuerit be-
atitudoq; perfecta. Dicitur est autem ipsam esse con-
templationem. Atq; consentaneum hoc & antea dictis
& ueritati uidebitur esse. Hæc enim operatio presta-
bilissima est. Quippe, cum & mens sit eorum que in
nobis insunt prestantissimum, & ea, circa que mens
uersatur, cognoscibilem prestabilissima sunt. Est præ-
terea continua maxime. Nam contemplari magis con-
tinue quàm agere quoduis possumus. Arbitramur
præterea fœlicitati uoluptatem admixtam esse oportere.
Iocundissima autem operationum uirtutum est
ea haud dubie, que per sapientiam prodit. Itaq; philo-
sophia mirabilis tum puritate, tum firmitate uolupta-
tes habet. Atq; consentaneum est rationi, scientibus,
quàm

EX QVARTO PSALMO.

quàm querentibus, oblectamentum ipsum iocundius esse, ipsa quoq; sufficientia maxime fuerit in contemplatione.

Et paulo post. Talis autem (inquit) uita superat hominis naturam. Non enim hoc ipso, quo homo est, ita uiuit, sed quo est quid in ipso diuinum. Quentum igitur hoc ab ipso composito differre, tã um & huius operatio distat ab ea, quæ à uirtute alia proficiscitur. Quod si mens diuinum ad ipsum hominem est, & uita, quæ ab hac manat, diuina est, respectu ipsius uitæ humane. Oportet autem, non quemadmodum mouent quidam humi uia nos sapere, cum simus homines, aut mortalia cum simus mortales, sed, quo ad fieri potest, immortales nos ipsos facere, cunctaq; efficere, ut ea uita uiuamus, quæ ab eo manat, quod est eorum, quæ in nobis insunt, prestabilissimum. Nam tamen si parum est mole, ut tamen & precio multum omnibus antecellit. Videtur autem & unusquisq; hoc esse, si quidem præcipuum est & melius. Absurdum igitur esset, si non suã, sed alicuius alterius expeteret uitã. Id insuper (inquit) quod dictum est antea, nunc etiam accommodabitur, Quod est enim natura unicuiq; proprium, id optimũ unicuiq; & iocundissimum est. Et homini igitur ea uita, quæ ab ipsa proficiscitur mente, si quidem maxime hoc est homo, hæc ergo est & foelicissima uita. Hec ibi Aristoteles.

E 4 Quid

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Qualis Phi
lip.

Quid autem hic uides Philippe rixosum? quid car-
nale? quid animale? quid deniq; (ut ubiq; clauitas &
calumnari) impium? inspicere te ipsum. Quis enim te
in scribendo rixosior? quis te carnalior, cuius & supre-
maratio caro est? quis animalior te, qui negas ullam
in te uim esse, quæ ad seclibus resistere queat? quis po-
stremo magis quam tu impius, cum nil nisi miras im-
pietates per totum librum tuum effutias? Nec te scri-
pturæ, quas sacrilego ausu ad impietates detorques,
excusant, sed magis impium scelestumq; testantur &
incusant, quod sacris adeo prophane impudenterq; et
impie abuteris, ingrauis iuxta deo, Ecclesie, nature,
hominibusq; qui lumen gratiæ, quod in bapismo con-
sequutus es a deo, per Heresim abiicisti, Ecclesie sa-
cramenta calcasti, Naturale lumen rationis in carnem
demutasti, ac uniuersum genus humanum brutis lapi-
dibusq; & truncis peius infœliciusq; (ut supra osten-
dimus) lingua maledica fecisti.

Vita cõtem-
platiua.

Lucæ. 10.

Ioan. 17.

Certe quæ hic ex Aristotele recitauimus, non solũ
rationi, sed & Christi Pauliq; dictis consentanea sunt
Nam & Christus actiue uitæ contemplatiuam prætu-
lisse uidetur, quando dixit hospiti sue. Martha Mar-
tha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum
est necessarium, Maria optimam partem elegit, quæ
non auferetur ab ea. Similiter, quando dixit ad patrẽ
suum. Hec est autem uita æterna, ut cognoscant te solũ
dicentes

EX QVARTO PSALMO.

deum uerum, & quē misisti Iesum Christum. Et quid est aliud interior homo quā mēs, & suprema uis ratio. Quando dicit Paulus ad Roma. 7. Condelector legem dei secundū interiorem hominem? Statim enī in hoc per seipsum declarat: subiungens. Video autem aliam legem in membris meis, & pugnantē legem mentis meae. Item ad Ephesios. Ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtutem, corroborari per spiritum eius in interiori homine. Non sanē loquitur hic de carnis ab intra uersibus, sed de mente recta q̄; ratione. Nam paulo post ita subdit. Renuamini autem spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis.

Fateor equidem, Aristotelem de hac mentis seu interioris hominis renouatione, quae per gratiam Christi fit, non scripsisse. Non enim habuit donum supernaturale fidei, quo tanti muneris particeps fuisset. Ex dictis tamen eius apertissime constat. Esse in hominibus, praeter lumen gratiae, aliquod lumen naturale intellectus, in quo refulcet imago dei. Aut enim mentem in homine esse quid diuinū. Sic & Cicero, in somnio Scipionis, ait. Tu uero emtere, & sic habeto, te non esse mortalem, sed corpus hoc. Nec enim is es, quem forma declarat, sed mens cuiusq̄, is est quisq̄, non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse. Si quidem deus est qui uiget, qui sentit, qui me-

E 5 minut

Roma. 7.

Ephe. 3.

ca. ca. 4.

Cice. de Re pub. lib. 6.

EX QVARTO PSALMO.

potius actum proprie significare dicit. Quid sit autē prima pars Synderesis ita declarat, Oportet (inquit) naturaliter nobis esse indita, sicut principia speculabilium, ita et principia operabilium. Habitus autem principiorum speculabilium dicitur intellectus principiorum. Operabilium uero Synderesis, quæ instigat ad bonum, et remurmurat de malo.

Ne uero iuste hunc authorem, cui usq; adeo infensus es, rejicere uidearis. Ecce tibi uerba Pauli, in eandem fermè sententiam. Cum (inquit) gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eius modi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniū reddente illis conscientia ipsorum. Et inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, Certe hic unus locus conuincit barbaras et bestiales illas impietates tuas, quas contra rationem naturamq; hominis cōtumeliosissime simul et calumniosissime deblatteras. Sed longe prolixior fui, quàm intendebam.

Conscientia
ROMA. 2.

EX HIEREMIA PROPHETA
TESTE. IIII.

Vnicum adduxisti tu locum ex hoc Propheta, ad quem postea respondebimus. Hic, quia in tertio teste nimium prolixi fuimus, breuissime tibi aliquot loca pro lib. arbitrio tutādo opponemus, ut sis respondeas, quemadmodum nos tuo, dante et adiuvante

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

iuuante deo, responsuri sumus. Poterat nobis Esaias non pauca nec leuia ministrare sufficereq; testimonia. Nisi tu Hieremiam producere maluisses. Nonne uero Prophetæ omnes adhortando & increpando testantur & homines liberam habere uoluntatem, & nõ omnia euenire necessario? Quis enim hominem adhortetur, ut uolitet sicut præpes per acra? quis increpet si egrotet, incidatur in latrones, aut fato concedat? Nõ enim recte laudatur aut utipatur admoneturq; homo, nisi eorum, quæ in ipsius potestate sunt.

Hiere. 2.

Videamus igitur per aliquot capita ex ordine de Acta Hieremie, & primũ ex capite. II. Audite (inquit) uerbum domini, domus Iacob, & omnes cognationes domus Israël. Hæc dicit dominus. Quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt?

Roma. 9.

Responde tu, si potes Philippe, Deo, si forte doctior es Paulo. Si enim uera sunt, quæ scribis, ita potes mirum respondere domino. Quandoquidẽ iuxta prædestinationem tuam, omnia quæ eueniunt, necessario eueniunt, nec est ulla uoluntatis nostræ libertas hoc iniquitatis in te deus inuenio, quod arguis nos homines eorum, quæ in nostra potestate non sunt, & nobis in culpam imputas, quod iuxta prædestinationem tuam necessario euenit. Et quod iniquius est, supplicium quoq; exigis de eo, quod nobis euitare per prædestinationem

LIB. I
EX HIEREMIA PROPHETA

tuam non licuit. Nomen iniquus atq; etiam crudelis iu-
re ac merito habetur inter homines Tyrānus, qui præ
ordinat, ut subditi eius debiles, in hostes fortiores inci-
dam atq; uincantur, & ob id uictos postea increpet,
ac multam etiam suppliciumue ab eis exigat? Sed iu-
stus es domine, & rectum iudiciū tuū, atq; omnes uice
tue æquitas. Memitur autem iste Philippus, qui male
statem bonitatemq; tuam tota die suggillat, uituperā-
do naturam humanam cum omnibus uiribus eius, eti-
am in his uel præcipue, quæ pulcherrime ad imaginē
& similitudinem tuam à te factæ sunt, consilio totius
Trinitatis.

Psal. 118.

Ipsam naturam hominis impiam & mendacem uo-
cat, supremam animæ uim, quam intellectum rationē
mentemq; uocamus, ait carnem esse quæ mors sit &
inimicitia ad te deum. Liberum uero arbitriū, quo nos
nobilissime donasti gygantica hostilitate totum nobis
eripit, ut sic calumniosa impietate peccata nostra, nō
in uoluntatem nostram, sed in prædestinationem tuā
referat. Nos autem domine Deus non isti blasphemo
calumniatori, sed tibi sanctisq; tuis potius credimus.
Tu enim dicis. Nolo mortem peccatoris, sed ut cōuer-
tatur et uiuat. Et apostolus tuus dicit. Deus uult omnes
homines saluos fieri. Et sapiens tuus ait. Nemini man-
dauit deus impie agere, & nemini dedit spaciū pec-
candi. Non enim concupiscit multitudinem filiorum in-
fidelium & inutilium.

Ezech. 18.
1. Timo. 2.
Eccle. 15.

Sequitur

Hier. 2.

Sequitur in eodem capitulo. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aque uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nō ualent aquas. Nunquid seruus est Israël aut uernaculus? quare ergo factus est in prædam? Quid hic deo respondebis Philippe? Nunquid & ista potius in prædestinationem dei quàm in uoluntatem humanam uire referre potes? At dicet tibi deus. Duo mala fecit populus meus, non ego. Non igitur mea prædestinatio, sed libera eorum uoluntas culpam habet. Potuissent enim mala illa non facere, quis enim cogit eos, ut me dereliquerent? quis iussit eos fodere cisternas dissipatas? Et tu hic, bone Philippe, cogita, quid respondeas deo, in extremo iudicio, quòd tua sponte, non de præordinatione, derelinquis fontem aque uiuæ, Christum scilicet & eius Ecclesiam, & fodis tibi cisternas Hussiticas, iam pridem dei Ecclesiæq; totius iudicio dissipatas, quæ continere non ualent aquas gratiæ salutaris. Christum sanè per baptismum in ecclesia Catholica induisti, iuxta sententiam Pauli ad Galatas. Christus autem est fons aque uiuæ, salientis in uitam æternam. Hunc tu miser, sponte, ex mera petulantia superbiæq; non ex prædestinatione dei, derelinquis, uenamq; influxus eius tibi præcidis, dum de seris corpus eius Ecclesiam, facisq; sacrilega fornicatione ex mēbro Christi membrum Hussitica meretricis. Non enim præcis

Gala. 3.

Iohn. 4.

1. Cor. 6.

EX HIEREMIA PROPHEA.

sis aridusq; corporis membris fons capitis dat uitā gra-
 tieq; in fluxum. sed membris coniunctis & in charita 1. Cor. 10.
 te unitis, uti pulcherrime docet Corinthios & Colof- & 12.
 senses Apostolus. Non igitur necessitas prædestinati- Coloff. 1. &
 onis, sed libera tua uoluntas te ita præcipitat. secundo.

His profecto cōcordant ea, quæ subinde noster hic Hierc. 2.
 subdit Propheta. Filij quoq; Memphicos (inquit) &
 Taphneicos constuprauerunt te usq; ad uerticem. Nun-
 quid non istud factum est tibi, quia dereliquisti domi-
 num deum tuum eotempore, quo ducebat te per uia?
 Et nunc quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquā tur-
 bidam? Et quid tibi cum uia Assyriorū, ut bibas aquā
 fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua incre-
 pabit te. Scito, & uide, quia malum & amarum est,
 reliquisse te dominum deum tuum & non esse timo-
 rem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. Au-
 dis hæc Philippe? Vtinam hic magis cogites quid deo,
 quàm quid tibi respendas. Certe quantumuis malus
 sis & malitiosus, non potes mentem & supren. ā ani-
 me tuæ uim, quia immortalis est & imago dei fundi-
 tus euertere penitusq; delere. Residet adhuc tibi Pæda-
 gogus ille anime tuæ spiritusq; corrector & remur-
 murator Conscientia, uermis qui non moritur, opus
 legis (iuxta Pauli sententiam) in corde tuo scriptū, no Rom 2.
 bilis illa Synderesis, quæ te accusat, testimoniu: mōq; con Marci. 9.
 tra te reddit, insurrexans tibi illud Satyricum. O cur= Persius in
 ue Satyra. 3.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

ue in terras anime, celestium inanis. Vir utem ut uti-
 deas, intabescasq; relictā. Utinam igitur deo & consci-
 entie tue hic potius quā d' sputandi mihi responde-
 re satagas. An uero neges, quod te magister tuus ad
 uerticem usq; constuprauerit? Absit à me Philippe,
 ut de corporis stupro hic suspicet quicquā. Neq; enim
 de isto loquitur propheta, de stupro & fornicati-
 one spiritali loquuntur prophete, quo tu nobile in-
 genium tuum, ita scēde constuprandum Lutherō præ-
 buisti, ut nemo unquā Hereticorum tot abominatio-
 num obscenitatibus, quot tu hic paucis annis pollutus
 fuerit. Quid enim in te mundum relinquis? Rapi-
 si carnem uxor. Lutherus ingenium, Voluntatem sce-
 lus, animam diabolus. An nō igitur uel ultra uerticem
 constupratus merito diceris? Nunquid uero hoc im-
 putabis iuste prædestinationi aut uoluntati diuine? Mi-
 nime, inquit Propheta. Sed arguet te malitia tua &
 auersio tua increpabit te. Liberrimum enim erat tibi,
 in Ecclesia Christi permanere. Non igitur dei præde-
 stinationi, sed libere uoluntati tuæ hoc stuprum tuum
 nefariamq; auersionem ascribere debes.

Hiere. 2.

Essent adhuc plura hoc in capite contra te Philip-
 pe testimonia, sed obstat nobis ratio breuitatis. Ita ue-
 ro habetur cap. III. Tu autem fornicata es cum am-
 ribus multis tamen reuertere ad me, dicit dominus,
 & ego suscipiam te, Leua oculos tuos in directam &
 uide

Hiere. 3.

EX HIEREMIA PROPHETA.

uide ubi nunc prostrata sis. Et paulo post. Frons mulie-
ris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo
saltem amodo uoca me, pater meus, dux uirginitatis
meæ tu es, Nunquid irasceris in perpetuum, aut per-
seuerabis in finem? Ecce locuta es, & fecisti mala, &
potuisti. Et pro uerbis pœnitentiæ uerbis superbiæ
blasphemasti, & implesti cogitationem tuam malam,
& ostendisti contra uirum fortitudinem tuam, ut pos-
sis facere, quod sermone tractasti. Et dixit dominus
ad me, in diebus ioseph regis. Nunquid uidisti quæ fece-
rit auersatrix Israël? Abijt sibi met super omnem mō-
tem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & forni-
cata est tibi. Et dixi, cum fecisset hæc omnia, ad me re-
uertere, & non est reuersa. O Philippe, per salutem
anime tuæ te hic rogo & obtestor, ut hunc textum si-
mul cum glossis commentarijsq; diligenter inspicias,
Mibi nimis sit longum, ad omnia sigillatim quæ pro-
posito seruiant dicere. Hoc unum hic dixisse sufficiat.
Nefas esse, fornicationes hereticorū referre in præ-
destinationem dei potius quàm in propriam uolunta-
tem superbiamq; & malitiam. Quandoquidem deus
adeo clementer eos hic admonet, ut ad ipsum reuertā-
tur. Considera saltem hæc uerba. Ecce locuta es, &
fecisti mala, & potuisti. Certe non poteris ea, nisi im-
pudentissima cum impietate, in necessitatem diuinæ
prædestinationis potius quàm in libertatem uolunta-

F tis

as humanæ referre. Si omnes alios Doctores hic impudenter contempnis, saltem ausculta Hieronymo, qui etiam linguarum peritia te longe antecellit.

Hiere. 4.

Deinde Cap. III. ita subdit Propheta. Si reuerteris ad me Israël, ait dominus, ad me conuertere. Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commouebertis. Et paulo post, Nouate uobis nouale, & nolite serere super spinas. Circumcidimini domino, & auferite preputia cordium uestrorum, uiri Iuda & habitatores Hierusalem, ne forte egrediatur, ut ignis, indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Omnia autem hæc mala uenient propter malitiam cogitationum uestrarum. Vides & hic Philippe, liberum esse uoluntati humanæ, à malis desistere, atq; ad deum reuerti, fateor tamen, quòd per se quidem auerti queat, non autem reuerti aut conuerti sine auxilio diuino. Hoc autem dei auxilium libertatem uoluntatis non tollit aut impedit, sed adiuuat & expedit. Vides item. Non habere se uoluntatem hominis ad bene operandum, si cut se habet serra ad secandum, sed sicut se habet iumentum ad sefforem, ita se habet (uti docet Aug.) lib. arbitrium ad gratiam dei. Certe non ueheret currum auriga, nec perageret iter eques, nisi cooperaretur & coadiuuaret etiam iumentum. Idco dicit Propheta. Nouate uobis noualia &c. Vides deniq; non omnia euenire necessario, cum uoluntarium sit homini & auerti

Aug. in hypot. lib. 3.

ti &

EX HIEREMIA PROPHETA.

ti & conuerti. Nec deus necessario punit aut misere-
tur. Ideo ait per Prophetã. Ne forte egrediat^rur &c.
Non enim dubitando, uelut futuri incertus, dicit for-
te, sed designando potius libertatem nostrę uolunta-
tis, ut significaret, nobis lib. arbitrium esse ad illa &
facienda & non facienda.

Sequitur in Cap V. Percussisti eos, & non dolue-
runt, attriuisisti eos, & reuenerunt accipere disciplinã Hiere. 5.
Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt
reuerſi. Ego autẽ dixi, forsitan pauperes sunt & stul-
ti, ignorantes uiam domini & iudicium dei sui. Ibo er-
go ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt
uiam domini & iudicium dei sui. Et ecce magis hi si-
mul confregerunt iugum, ruperunt uincula, idcirco
percussit eos leo de sylua &c. Quoties & hic lib. arbitri-
um asseritur? Quomodo enim lib. arbitrij non erãt
qui tot domini dei admonitiones malebant contemne-
re quã sequi? Erat sanẽ liberum ipsis, eligere apud
se, utrum uellent, contemnere scilicet an sequi. Ipsi au-
tem per propriam malitiam, non per dei prædestina-
tionem, indurauerunt facies suas cõtra domini admo-
nitiones increpationesq;. Ideo dicit Propheta, nolue-
runt reuerſi. Non dicit autem. Nequiuerunt aut non
potuerunt reuerſi. Potuissent enim si gratiæ dei nõ po-
suisſent sua sponte, per propriam uoluntatis prauã
malitiam impedimentum & obstaculum. Desine igi-

tur Philippe calumniari ac blasphemare prædeterminationem dei, & propriæ uoluntatis malitiam liberam spontaneamq; agnosce, quæ etiam castigatione pœnali admonita, renuit accipere (ut ait Prophetæ) disciplinam. Vnde subditur paulo post. Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non uidetis, & aures, & non auditis. Me ergo non timebitis, dicit dominus, & à facie mea non dolebitis? Non igitur dei prædeterminatio, sed libera uoluntas facit hominem peccare, atq; in peccato persistere.

Hiere. 7.

Item Cap. VII. ait per Prophetam dominus. Audi te uocem meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus. Et ambulate in omni uia, quam mandauit uobis, ut bene sit uobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in uoluptatibus & in prauitate cordis sui mali, factiq; sunt retrorsum, & non in antea, à die qua egressi sunt patres eorū de terra Aegypti, usq; ad diem hanc. Et misi ad uos oēs seruos meos Prophetas, per diem surgens diluculo, et mittens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam. sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt quàm patres eorum. Hæc profecto neq; rationabiliter neq; pie in dei prædeterminationem referuntur. Quis enim credat deum contra propriam prædeterminationem tot admonitiones facere? aut tot mala præordinare, cum sit ipse summe bonus? aut tot peccata

cata

EX HIEREMIA PROPHETA.

cata (proh nefas) prædestinare, quæ optimæ eius uoluntati usq; adeo displicent? Vult sanè deus omnes homines saluos fieri, sed non omnes homines uolunt dei mandata custodire, ut salui fiant. Non igitur dei prædestinatio, sed libera uoluntas nostra ducit nos in peccata & in mortem. Sublata autem libertate uoluntatis, culpa peccati ab homine in dei prædestinationem impie transfunditur.

Item. Cap. VIII. Et eligent magis mortem quam uitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima. Et dices ad eos. Numquid qui cadit, non resurgit, & qui auersus est, non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosa. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auscultauit, nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens quid feci. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu uadens in prælium. Miluus in cœlo cognouit tempus suum. Turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Populus autem meus non cognouit iudiciũ domini. Quãta putas hic esse in te Philippe testimonia? Possent profecto uel unicus iste textus sufficere pijs, cõtra omnes impietates tuas de lib. arbitrio. Certe si discutiendi oci um esset mihi nunc aut necessitas, haud difficulter tot possent explicari argumenta rationesq; inuidetæ, quot

Hiere. 8.

F 3 sunt

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

sunt hic pulcherrime in te sententiæ clarissimæq; liberi arbitrij testimonia.

Item. Cap. XI. Et dixit dominus ad me. Inuenta est coniuratio in uiris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire uerba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, ut seruirent eis. Et infra. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malicias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, uocauit nomen tuum. Ad uocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Et dominus exercituum, qui plantauit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israël & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irrandum me, libantes Baalim. Et hic profecto multa impietatum tuarum ulcera tanguntur Philippe. Sed loca ista nunc tibi discutienda atq; etiam dissolucnda (quia fortiter uis tuæ tua) relinquo.

Hiere. 13.

Item Ca. XIII. Sicut adhæret lumbare ad lumbos uiri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israël, & omnem domum Iuda, dicit dominus, ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, &

NOH

EX HIEREMIA PROPHETA

non audierunt. Et infra. Audite & auribus percipite nolite eleuari, quia dominus loquutus est. Date domino deo uestro gloriam, antequam tenebescat, & antequam offendant pedes uestri ad montes caliginosos. Expectabitis lucem, & ponet eam in umbram mortis & in caliginem. Quod si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea à facie superbia. Et iterum. Quod si dixeris in corde tuo, quare uenerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tue reuelata sunt uerecūdiora tua, pollutæ sunt plantæ tue. Sed & hanc Philippe sententiarum syluam tibi cadendam relinquo, ut sim breuis.

Item. Cap. XV. Ait dominus ad Prophetam. Si cōuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis. Et si separaueris preciosum à uili, quasi os meum eris. Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum sortem, & bellabunt aduersum te, & non preualebunt, quia ego tecum sum ut saluā te & eruam te dicit dominus. Ista quoq; responsioni tue, breuitatis gratia, nuda relinquo Philippe.

Item. Cap. XVIII. Ait dominus. Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnū, at eradicem et destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogita-

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

ui ut facerem ei. Et subito loquar de gente & regno, ut edificem & planem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, poenitentiam agam super bono, quod loquutus sum ut facerem ei. Nunc ergo dic uiro Iuda & habitatori Hierusalem, dicēs. Hæc dicit dominus. Ecce ego fingo contra uos malum, & cogito contra uos cogitationē. Reuertatur unusquisq; à uia sua mala, & dirigite uias uestras & studia uestra &c. Nonne hic unus locus Philippe clarior est de lib. arbitrio quàm omnes fumi tui? Ecce nondum centesimam partem dictorum huius sanctissimi locupletissimiq; testis recitavi, & iam dudum tempus erat ut cessarem.

EX EVANGELIO MATTHÆI.
TESTE. V.

FX uno dicto huius testis, & male intellecto, & indocte accomodato, proteruis tu Philippe, contra Ecclesiam dei totumq; genus humanū. Hæc autem sunt uerba. Math. X. Nonne duo passerēs asseueneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Hic tu triumphabundus continuo subiūgens exclamas. Obsecro, quid hac sententia clarus dici potuit? Quis uero temerariam ac puerilem hanc tuam confidentiam non rideat? Quid enim passeribus cum lib. arbitrio? quid item cum, prædestinatione diuina? fatemur sane passerēs quoq;, ut alias res creatas esse

EX EVANGELIO MATTH.

esse sub providentia dei. Negamus tamen eos habere lib. arbitrium, negamus prædestinatos esse, negamus necessario super terram cadere. Ad quod propositum igitur hoc dictum adfers? Num ad aliud, nisi ut simplicium oculis fumum ingeras, uanoq; allegationum numero imponas? Sed fumosis illis citationibus tuis postea, Deo dante, latius respondebitur. Hic pro nostra sententia, huius testis dicta nonnulla producemus.

Primum igitur ait Euangelista. Ioseph autem uir Matth. 1.
eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Ioseph fili Dauid, noli timere, accipe Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Ecce tibi Philippe nolle & uelle unius uiri liberum ac minime necessarium, quod uel hinc manifeste cognoscas, quia uoluit occulte dimittere & non dimisit. Nemo illum coegit, ut nollet iraducere, nemo, ut uellet dimittere, libere utrunq; fecit eius uoluntas. Vtebatur homo iustus ratione, consilio seu deliberatione, atq; etiam electione, non ferebatur impetu ferarum, non necessitate naturæ, ut lapis aut ignis, non prædestinationis impulsu, sed libera uoluntate elegit unum, refutauit alterum. Et tamen quod uoluntate elegit, non impleuit effectu, sed mutato consilio per Angeli admonitionem, quod prius uoluerat, postea noluit. Et hoc totum

libere, absq; omni coactione & necessitate. Vides opi-
nor modo Philippe, quanto melius ad propositum s^a
ciat uelle & nolle uiri iusti, quam passeris tui, quibus
neq; ratio neq; uoluntas, quæ ad lib. arbitrium spe-
ctant, inest.

Matth. 2.

Deinde Capite. II. sic habet. Tunc Herodes uidens
quoniam illusus esset à Magis, iratus est ualde. Et mit-
tens occidit omnes pueros qui erāt in Bethlechem & c.
Quid hic tibi uidetur Philippe? Excusabis ne hic im-
pium Herodem, ut accuses piissimum deū? facies pro-
fecto, nisi reuocaueris errata. Nam & iram negas in
potestate eius fuisse, & iuxta diuinam prædestinatio-
nem illum necessario misisse & occidisse pueros, scelerata
dicacitate contendis. At reuera potuit non irasci
Herodes. Alioquin non uituperaretur ira eius, quemad-
modū non uituperatur ira canis latrantis. Potuit item
non mittere, non occidere pueros. Quia si non sponte
& libera uoluntate fecisset, fuisset immunis à culpa.
Quod si neq; scripturis neq; omnis generis Authori-
bus neq; item naturæ rationi cedis, saltem publicis de-
fer legibus, quæ bestias ratione carentes, puerosq; &
fatuos atq; furiosos usum rationis non habentes. Inui-
tos item & aliena uel aut necessitate impulsos, eximūt
à culpa, etiam si ea perpetrent, quæ uolentibus scien-
tibusq; qui ratione utuntur, & lib. arbitrio, nam mo-
do impuarentur ad culpam, sed etiam expiaretur per
sup^m

**Legū pub.
discretio.**

EX EVANGELIO MATTH.

supplicia, id quod Rhetores & Oratores bene norūt. Si non uis igitur plus Herode impius haberi, refer eius parricidia in liberam ipsius uoluntatem, non in prædestinationem dei, qui malorum nequaquam est causa.

Tertio. Ait Ioānes Baptista in deserto Iudææ ad Sa Matth. 3

duce eos & Phariseos. Progenies uiperarū, quis demōstrabit uobis fugere à uentura ira? facite ergo fructum dignū pœnitentiæ. Et ne uelitis dicere intra uos, Patrē habemus Abraham. Dico enim uobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iā enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructū bonum, excidetur & in ignē mittetur. Ecce quā ardentē hic increpat, exhortatur, instruit, minsq; territat homines præcursor domini. De quo dixerat Esaias. Vox clamātis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Tu autem Philippe, uelut præcursor Diaboli, dicis Christianis. Omnia eueniunt necessario, non habetis lib. arbitriū, quicquid ante iustificationem agitis mortale peccatum est, iusticia est uestra pœnitentia per dolorem, nihil ualet attritio, nihil confessio auricularis, nihil satisfactio, nihil bona opera, nullū est hominis quamlibet iusti meritū, omnia iusti opera, licet à spiritu dei proficiantur, immūda sunt & peccata uenalia. Quis autē hos diabolicos clamores tuas, uocibus clamātis in deserto usq;

Esa. 40.
Præcursor
diaboli.

adco

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Matth. 4. adeo contrarios, non excretur & exhibet? Ait Ioan-
 nes, immo & Christus, Pœnitentiam agite, appropin-
 quabit enim regnum cœlorū. Tu uero dicis, quicquid
 ante iustificationem agitis, mortale peccatū est & con-
 trarium e regno cœlorū. Item ait Ioannes, facite ergo
 fructum dignū pœnitentiæ. Tu uero dicis, Omnia ope-
 ra quæ iustificationem præcedunt, maledictæ arboris
 maledicti fructus sunt. Item ait Ioannes, parate uiam
 domini, rectas facite semitas eius. Tu autē dicis, nihil pa-
 rate, quia in omni opere bono peccatis, mortaliter qui-
 dem ante iustificationem, uenialiter uero post. Item ait
 Ioānes, & ne uelitis dicere in tra uos, patrem habemus
 Abraham. Tu uero dicis, nulla est libertas operū in tra
 nos, neq; cor neq; affectus nostri in nostra sunt potesta-
 te. Deniq; ait Ioannes, iam securis ad radicem arboris
 posita est. Omnis ergo arbor, quæ nō facit fructum bo-
 num, excidetur & in ignem mittetur. Tu autem dicis,
 Radix simul cum arbore maledicta est, nostra impius
 etiam mendax est homo, deū ut carnificem odit, & bo-
 num fructū facere non potest, frustra est omnis ad pœ-
 nitentiam exhortatio, quia omnia necessario eueniūt,
 nec ulla est uoluntatis nostræ et libertas. Quis iam nō
 uidet, te his fructibus tuis unam esse illarū arborum,
 quæ exciduntur & in ignem mittuntur?

Matth. 5. Quarto, ait Christus in monte. Beati mundo corde
 quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniā fi-
 lij dei

EX EVANGELIO MATTH.

lij dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines, et persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes propter me. Gaudeat & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Tu uero Phil. Con-
 Philippe dicit. Quia cor humanum prorsus est ignorans trarius &
 dei, non ad sua consilia & ad suas cupiditates deflectit, Christo.
 & sese sibi pro deo erigit, Deum uero contemnit, & uelut carnificem odit. Cumq; etiam iusti in omni opere bono, etiam optime facti, peccent semperq; sint peccatores, & eorum opera, licet à spiritu dei proficiantur, sint immunda, nemo est mundo corde. Ergo frustra dicit Christus. Beati mundo corde, frustra item beati pa
 Matth. 10.
 cifici, quia alibi dicit. Non ueni pacem mittere sed gladium. Et Lutherus neq; uiuus neq; mortuus (uti teutonice scribit) uult Papæ episcopisq; dare pacem, ne per mittere quidem. Sed & reliquas beatitudines frustra commemorat Christus, quia quicquid faciunt homines, peccatum est. Et cum nullum prorsus sit hominum, quantumuis sanctorum meritum, frustra dicit Christus, merces uestra copiosa est in cœlis, quia ubi non est meritum, ibi nec merces locum habet. Quod si tua Philippe do-
 Etrina uera esset, non plus beati essent qui maledicuntur & persecutionem patiuntur propter Christum, q̄
 qui

Phil. Con-
trarius &
Christo.

Matth. 10.

qui

LIB. I

liber. Aut
 que, approp
 dicit, que
 cati est & con
 sciat ergo
 Omnia ope
 dicit arboris
 s. parat uiam
 dicit, nihil pa
 moraliter qui
 post. Item at
 em habemus
 operum uera
 uni potesta
 em arboris
 a fructum bo
 a uiam dicit
 nostrum impo
 m odit, & do
 omnis ad pa
 ario euenit,
 Quis iam no
 arborum,
 do corde
 quonia si
 li dei

qui maledicunt & persequuntur illos. Nam iuxta tuā sententiam, utiq; semper peccant, neutri tamen (ut etiam tibi ipsi contra dicas) habent lib. Arbitriū, & quicquid faciunt, necessario faciunt, cū omnia eueniant necessario. Vides iam homo Euangelicæ, quàm consona sint uerba tua uerbis Christi?

Matth. 5.

Quinto aut Christus in eodem loco & sermone. Au distis quia dictum est. Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicū tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui oderūt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quàm mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius factis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est. Hic tu Philippe cælum terramq; misces, contra eos qui perfectionis consilia ex hoc Christi sermone colligunt. Omnia uis esse præcepta, omnia impossibilia nobis, oīa quæ eueniunt necessario euenire, nullam esse nostræ uoluntatis libertatem, nec esse in potestate nostra cor nostrum & affectus nostros. Nūquid uero hæ tuæ bestialitates in contumeliam Christi nō uergunt? Quid enim re leges impossibiles. iniquius de decoro suoq; legislatori, quàm ferre leges impossibiles.

EX EVANGELIO MATTH.

impossibiles. Quid stultius, quam præcipere homini,
 ut in modū præpetis per aera uolet, aut immodū piscis
 in maris profundo natet habitetq;. Hanc autem Chri-
 stus ignominiam (quam tu ei calumniosissime aspergis)
 à se diligenter amouit, & ab ea sese purgauit. Quando **Matth. 11.**
 dixit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
 estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super
 uos. Iugum enim meum suauē est, & onus meū leue. At
 non est suauē, ad aliquid obligari, quod præstare aut
 efficere nō possis, neq; tibi leue uideri puto onus, quòd
 humeris tuis impositū portare non queas.

Nisi forte sis fraterculus ille Gigantum, qui uel cœ- Philip. fra-
 lum ipsum confidas præsumasq; non solū sustinere, sed terculus Gi-
 etiam oppugnare, & mihi sanē his esse plane uideris. gantum.
 Oppugnās enim sanctorū, qui in cœlo sunt merita, im-
 mo cœlū eis propter fomitem peccati claudis & foris
 stare iubes, & dogmata tua brutissima, contra omnes
 beatas in cœlo animas sanctorū, immo & contra omnes
 angelos, atq; adeo contra Christum ipsum, uis fortiter
 tueri. Et si libeat (ut inquis) ingenioso tibi esse in re nō
 necessaria, facile queas cuertere quæcunq; profidei do-
 gmatibus argumēta produxerūt omnes doctores nostri.
 Vbi quæso his tuis promissis paria pollicitus est Ath-
 las? ubi Hercules? ubi barbarus Polyphemus?

Sed redeo ad uerba Christi. Diligite (inquit) inimi- **Matth. 5.**
 eos uestros. Tu uero dicis. Non possum, quia neq; cor **Cor nostrū**
 neq; in nostra **potestate.**

- neq; adfectus in mea sunt potestate, ne lib. arbitrium
 est mihi. At dicit tibi Psalmi. Mentiris Philippe. Quia
 anima mea in manibus meis semper. Et sic dico anime
 mea. Benedic anima mea domino, & omnia que intra
 me sunt nomini sancto eius. Nam & cor meū & caro
 mea exultauerunt in deum uiuū. Et paratum cor meū
 Deus paratum cor meū, cantabo & psallam in gloria
 mea. Quin tu igitur Philippe agnosce te ipsum. Nō fru
 stra dicit Esaias. Redite pr. euaricatores ad cor. Reuer
 tere in te cum filio prodigo, ut percusso pectore dicas
 cū publicano. Deus propicius esto mihi peccatori. Nō
 impendit te dei pr. destinatio, liberum habes arbitri
 um. Velis modo, Deus nā obstabit, sed gratia sua te po
 tius adiuuabit.
- Matth. 6. Sexto aut Christus. Attendite ne iustitiam uestram
 faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin
 mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in
 cœlis est. Cum ergo facis Elemosynam, noli tuba canere
 ante te, sicut Hypocrite faciunt in synagogis & in
 uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uo
 bis, receperunt mercedem suam. Te autē faciente ele
 mosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua,
 ut sit elemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui
 uidet in abscondito, reddet tibi. Apperi hic oculos Phi
 lippe, ut uideas boni operis mercedem, liberamq; ho
 minis uoluntatem. Liberum est enim homini, uel ad suā
 uel

Lib. arbitri
 um nostræ
 uoluntatis.

EX EVANGELIO MATTH.

am uel ad dei gloriam eleemosynam dare. Si eligit suam
prepostere agit, & opus eius non est bonum, nisi ad
speciem hominum. Homo enim uidet ea (ut ait scriptu
1. Reg. 16.
ra) quæ parent, Deus autem intuetur cor. deo nõ dabi
tur illi operi nisi merces humana, fumus scilicet & ua=
na gloria. Si autē eligit gloriam dei, recte agit, & opus
eius est uere bonum, salutare pœnitentibus, iustifica=
tisq; meritorium, nam pro eo reddet mercedem pater
caelestis. Absit, ut bestialiter tecum dicamus, hoc opus
esse mortale peccatum ante iustificationem, cum sit ex Act. 10.
omni parte bonū, & nusquam (modo recta assit inten
tio) uituperabile. De quo dixit ad Cornelium, nondum
Christianū, angelus. Corneli orationes tuæ & eleemo=
synæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei.

Septimo. Ait rursus Christus dominus. Si dimise=
Matt. 6.
ritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis pater
uester cœlestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis
hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata ue
stra. Ecce liberum est homini, hominibus peccata di=
mittere & non dimittere. Alioqui iniquus esset deus
si nollet ei dimittere, qui dimittere non possit, ex neces
sitate prædestinationis. Stat ergo in hominis potestate
& dimittere & non dimittere proximo suo peccatū.
Ideo falsum est, cor affectūq; nostrum in nostra pote=
state non esse.

Octauo. Iterum eodem in sermone ait Dominus.

G Non

Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorū. Multi dicent mihi in illa die domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tūc confitebor (inquit) illis, quia nunquā noui uos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Omnis ergo, qui audit uerba mea hæc, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Audintu hæc Philippe? Tibi iustus ex sola fide uiuēt, omnia autem opera eius apud te peccata sunt. Cū uero peccatum sit (ut ait Ioannes) iniquitas, Christus sententia tua dicet omnibus sanctis, quia nō noui uos, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Absit hæc barbara & immitis retributio longe à clementissimo, mitissimoq; domino nostro. Quod autē sola fides ad salutem non sufficiat, hic manifestissime docet Christus. Nam si ijs, qui in nomine eius prophetauerunt, demoniaq; eiecerunt, multa q; alias uirtutes fecerunt, dicturus est, Non noui uos, quid quæso dicet uobis presumptuosis irreligijsq; Hussitis, qui neglectis immo abiectis & damnatis bonis operibus, neq; prophetatis neq; ulla facitis uirtutes, sed tantum inani fide inaniter inflati, dicitis, domine domine. Et per istam fidem superbitis & proteruitis contra deū, populūq; simplicem sic proternire,

Nō sufficit
 sola fides.
 1. Ioan. 3.

EX EVANGELIO MATTH.

teruire, quando eucharistie sacramentū accipit, pesti-
lentissime docetis. Quis autem dicat hic, per dei præ-
destinationem non esse liberū homini, ut faciat uolun-
tatem patris cœlestis? Non enim contra suam uolunta-
tem quicquā prædestinat deus, Quoniam omne re-
gnum in se diuisum desolabitur. Aut igitur lib. arbitri-
am nobis relinque, aut regnum dei gyganticæ desolare
contende. Matth. 12.

Nono ait idem dominus. Omnis ergo qui confitebi-
tur me corā hominibus, confitebor & ego eum corā
patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me corā
hominibus, negabo & ego eum corā patre meo
qui in cœlis est, & paulo post. Qui amat patrē aut ma-
trem plus quā me, non est me dignus. Et qui amat fi-
liū & filiā super me, non est me dignus. Et qui nō ac-
cipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.
Qui inuenit animam suam, perdet illam. Et qui perdi-
derit animam suam propter me, inueniet eam. Qui re-
cipit uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eū qui
me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete,
mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustū
in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunq;
potum dederit uni ex minimis istis calicē aquæ frigide
tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non per-
det mercedem suam. Audi quæso Philippe, quanta hic
aduersum te Christus testimonia dicat. Primū, de lib.

G 2 arbitrio.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

arbitrio, deinde de affectibus, tertio de bonis operibus
 & meritis, longū foret, omnia explicare, sufficiat mō
 dixisse ex his Christi uerbis, liberū nobis esse confiteri
 aut negare coram hominibus Christū, liberum itē ama
 re plus deū quā parentes aut filios, nihil obstare præ
 destinationem dei. Id quod fortissimorū possit marty
 rum etiam mulierū clarissimis exemplis ex Cypriano
 & Eusebio pulcherrime declarari, nisi breuitatis ra
 tionem haberemus.

Matth. 11.

Decimo. Rursum ait Christus deus noster. Væ tibi
 Corozaim, uæ tibi Bethsaida. Quia si in Tyro & Sido
 ne factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, iam
 olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verum
 tamen dico uobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die
 iudicij quā uobis. Et tu Caparnaū, nūquid usq; in cœ
 lum exaltaberis? usq; in infernū descendes. Quia si in
 Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te,
 forte mansissent usq; in hanc diem. Verū tamen dico uo
 bis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij
 quā tibi. Ecce liberū est homini agere & non agere
 pœnitentiam, culpa autem non agentū pœnitentiam
 refertur in lib. arbitrium hominum, non in prædesti
 nationē dei. Ut igitur illa contingentia & uoluntaria,
 non necessaria, fuisset liquidissime ostēderet, addit hoc
 aduerbium forte, not. am incerti euentus. Nō quod ne
 scierit ipse Christus, sed quod in hominū potestate id
 liberum

EX EPIST. PAVLI AD ROMA.

liberum fuisse significaret. Sunt ad huc innumera alia Christi, per omnia Euangelia de lib. arbitrio hominis testimonia, quæ recensere nimis longum foret, sed ad hæc nondum respondiisti Philippe, nisi autem responderis erudite, reliquorū nō uideberis dignus arrosor.

EX EPI. PAVLI AD ROMANOS

Teste VI.

Tv primoloco, pro asserenda bestialitate illa tua frustum fragmenq; mutilum, hac ex Epistola, Hoc uidelicet. Quoniā ex ipso & in ipso &c. Ex quo certe nō magis sequitur, hominem lib. arbitrij nō esse, quā baculum nō stare in angulo. Quid enim de Christo & matre eius uirgine Maria dicas? Non puto sancte adeo impudentem ac barbarum esse, ut lib. arbitrij in terris fuisse neges. Et tamen etiam ipsi erant ex ipso & per ipsum & in ipso. Et unde est lib. arbitrium nisi ex deo? Nonne igitur plus contra te quā pro te fragmen illud attestatur? Quoniam uero Apostolus tibi per nonū & undecimum caput huius epistolæ nō aliud agere uidetur, quā ut omnia quæ sunt in destinationem diuinam referat. Hic nos per duo tantū capita positionem tuā impugnabimus, expectaturi tuam ex hac epistola defensionem. De qua ita scribit in prologo senex Adamantius. Ex paucis (inquit) huius Epistolæ sermonibus quidam totius scripturæ sensum, qui ar

Fragmen
Philippi.
Roma. 11.

Orig. in pro-
logo super
Epi. Pau.

G 3 bitrij

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

Phil. in Ori bitrij libertatem concessam à deo homini docet, conan-
 tur euertere. Hæc forsitan uerbate Trossulū & inex-
 pertū scripturæ temeratore[m] dicam an euerforem? an
 ge. uerius utrunq[ue] cōmouerunt, ut talionem huic seni red-
 deces in superbo prologo tuo ita dicens, ex Origene, si
 tollas in concinnas allegorias & philosophicarū sentē-
 tiarum syluam, quantulū erit reliquum? Sed longe ali-
 ud meruit consecutusq[ue] est uir ille testimonū ab omni-
 bus eruditis, etiam ab Hieronymo, insectatore aliqui
 ipsius grauissimo. Quid tu igitur culex minutule tan-
 tum Elephantum, ad maiorem confusionem elisionēq[ue]
 grauiorem tui ipsius, temere incessis? Sed non pugna-
 mus nos hic pro Origene, sed pro iustitia dei ac lib. ar-
 bitrio hominis. Audi igitur, si qua breuiter, iuuāte deo
 possimus ex primo & secūdo capite adferre p nobis.

Rom. 1.

Primū itaq[ue] ait Paulus. Desydero enim uidere uos,
 ut aliquid impertiar uobis gratiæ spiritualis, ad confir-
 mandos uos, id est, simul consolari in uobis per eā, quæ
 inuicem est, fidem uestram atq[ue] meā. Nolo autem uos
 ignorare fratres, quia sepe proposui uenire ad uos,
 prohibitus sum usq[ue] adhuc, ut aliquem fructū habeam
 in uobis, sicut & in cæteris gentibus. Vt hæc ad rem fa-
 cere clarius uideantur. Interrogo te Philippe, qui Dia-
 lecticē scripsisti, Vtrum necessaria sit an contingens
 hæc propositio. Ego Romanos uidere desydero? Cum
 uero predicatum queat adesse & abesse præter subie-
 ctū cor=

Lib. arbi.
Pauli.

EX EPIST. PAULI AD ROMA.

iectionem corruptionem, iam per diffinitionem accidentis liquet, propositionem istam contingentem esse non necessariam. Quomodo igitur dicis omnia quæ eueniunt necessario euenire? Quod si desiderauit Paulus uidere Romanos, non per lib. arbitrium, sed per dei prædestinationem. Quid est quod desiderium illud toties ac tam diu fuit impeditum? Nunquid uoluntas dei suã prædestinationem impedit? At respondet Paulus ipse, dicens, quia sepe proposui uenire ad uos, prohibitus sum usque adhuc. Proposuit ergo uenire Paulus, non quidem necessitate prædestinationis, quæ prohiberi sanè non possit, sed libertate propriæ uoluntatis, quæ plerumque fuit per exteriores et aduentitias causas impedita aut prohibita. Proposuit igitur sua sponte, non coactus, nec uenit ad illos necessario, sed contingenter.

Deinde. Reuelatur (inquit) ira dei de cælo, super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem dei in iniustitia detinent. Quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Videt hic Philippe, quanta cura Paulus dei erga homines bonitatem iustitiamque declarat. Bonitatem sanè, nam et Ethnicis sese ad modulum capacitatis ipsorum manifestauit, nempe per ea quæ facta sunt, hoc est per creatu

ROMA. I.

Bonitas et iustitia dei.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

ras. Iustitiam item, quia inexcusabiles facti sunt, cū nō per ignorantiam, sed per propriae uoluntatis libertatem prauitateq; animi à deo sese ad creaturas per idolatriā conuertissent. Tu uero & bonitatem & iustitiam dei blasphēma suggillatione obscuras, utuperando rationem hominis, quæ est ad imaginem dei, tollendoq; lib. arbitrium, per quod homo culpam incurrit, nō deus nec prædestinatio dei, quando peccatur. Quæ enim esset bonitas dei, si crearet hominem, natura impium & mendacem, qui in omni opere suo peccaret? Quæ item iustitia dei, ferre homini leges impossibiles tollere ab eo lib. arbitriū, atq; ad peccandū suo pte impetu naturaq; impulsū (quemadmodū de igne & magnetæ ponis exemplū) citra uoluntatis propriae libertatem, hic tēporalibus & in alio seculo sempiternis subdere supplicijs? Quod si hæc contemnis, saltem ea corrige, quæ de suprema uoluntate hominis, tam bestialiter quam impie & scribis & sentis, quia huic textui Pauli mani festissime contradicunt.

Rom. 4. 1.

Tertio, ita subdit continuo Paulus. Quia cū cognouissent deum, nō sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorū. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedū & serpentum.

EX EPIST. PAULI AD ROMA.

tum. Vbi nunc manes Philippe cū impijs illis bestialita Bestialita=
 tibus tuis de ratione et corde humano? Quid aliud per tes Phil.
 eas efficis, nisi ut tua sententia culpa peccati ab homine
 in deum transferatur? Negas enim lib. arbitrium peni=
 tus, negas ullam esse uim in hominem, quæ adfectibus
 resistere ualeat, negas cor nostrum in potestate nostra
 esse. Absit autē à Paulo, ut ita blasphemet deū in crea=
 tura mundi, sic enim uocat hominem. Nam si talis esset
 natura hominis, qualem tu fingis & calumniaris, non
 plus esset culpæ in homine peccante, quam in igne sur=
 sum tendente, aut in magnete ferrū attrahente, æque
 enim in naturam hæc omnia refers. Vnde est autem na=
 tura nisi à deo? Nonne igitur deo potius quam homini
 ascriberetur culpa peccati, quia deus hominem sic fece=
 rit ad peccandum, sicut ignem ad sursum tendendum?
 Itaq; longe aliter de Ethnicis hic loquitur Paulus, ut
 culpa peccati non impie in deū, sed iuste referatur in
 hominem. Nam cū homines illi deum per creaturas co=
 gnouissent, non sicut deum glorificauerunt aut gratias
 egerunt, sed sua sponte per propriam malitiam auerte=
 runt se à deo ad creaturas, gloriā dei in idola uana cō=
 mutantes. Ideo obscuratū est insipiens cor eorū. Quo=
 modo & Lucifer peccasse legitur, dum se sua sponte
 per superbiam & ingratiitudinem à deo auerteret.

Quarto sequitur. Propter quod tradidit illos deus Roma. 1.
 in desyderia cordis eorū in immunditiam, ut contume=
 G 5 lijs

Blasph= mat deū in creatura mundi.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I

Quomodo
tradidit il-
los deus.

Eccle. 15.
Psal. 5.

lijs afficiant corpora sua in semetipsis, quia cōmutauerunt ueritatem dei in mendaciū, & coluerunt & seruerunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula Amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Hic plaudes, credo Philippe, quòd dicit Paulus, deū tradidisse illos in desyderia cordis eorum, sed considera, id non fecisse eum sine causa & absq; culpa illorum preuia. Dicit enim Paulus propter quod, item propterea. Non tamen pertrusit eos deus in peccata inuitos aut repugnantes, sicut protruditur quis de ponte in aquam. Non enim operatur malum deus, iuxta illud Ecclesiastici. Nemini deus mandauit impie agere, & nemini dedit spaciū peccandi. Nā & psal. ait. Quoniam deus non uolens iniquitatem tuas. Dicitur tamen tradere homines in mala desyderia cordis, in passiones ignominie & in reprobū sensum, per subtractionem sui auxiliij, sine quo nihil possumus. Sed illam subtractionem præcedit hominis culpa & peccatū superbie, ingratitudeis aut cuiuslibet impietatis, sicut in Ethnicis illis, præcessit grauissimū peccatū idololatriæ, ut sic peccatum unū ad aliud trahat, fit atq; posteriùs peccatū etiam poena peccati præcedentis. Peccatum nāq; (iuxta Gregorij pape sententiam) quòd pœnitentia non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Vnde fit, ut non solū peccatum sit, sed & causa peccati, ex illo quippe culpa subsequens oritur. Absit igitur

EX EPIST. PAVLI AD ROMA.

fit igitur, ut turpitudines illæ, de quibus hic Paulus loquitur, in deum aut eius prædestinationem referantur, quas homines propriæ uoluntatis malitia cõmiserunt, qui per idololatriam, non per naturam impij erant.

Quinto sequitur. Et sicut non probauerunt deũ habere in notitia, tradidit ihos deus in reprobũ sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, &c. Ita & te nunc Philippe deus in tam reprobũ sensum tradit, quia non probas illum in notitia recta habere, sed per superbiam ingenij; præsumptionem, contra omnes Ecclesiæ doctores, qui utiq; spiritu dei præditi fuerunt, decidis in tot deliramenta, adeo sanè impia & bestialia, ut ea etiam Ethnici philosophi, immo & barbarissimi Esse dones & schyæ exhibaturi essent. At nefas est ea referre in deũ deiq; prædestinationem uelut authorem & causam? In quem referas igitur? in propriam uoluntatem tuã, atq; in mortiferam Diaboli seruiq; eius Lutheri suggestionem. Tu apte sponte excidisti, nemo te impulit. Commutasti ueritatem dei in mendacium, Deũ uerum in idola bohemica Hus & Vuucleph. Vnitatem Ecclesiæ in Schisma Bohemicũ, fidem Catholicam in hæreses damnatas. Ideo tradidit te deus in reprobũ sensum & in passionem ignominie. Tradidit inquam, non effectiue sed permissiue. Non enim te impulit aut protrusit manu sua, sed gratiam auxiliumq; suum ab improba impij mente

Roma. 1.

Phil. tradi-
tus in re-
p-
bũ sensum.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

mente tua subtrahit. Tibi igitur imputa, non illi mala, tua quia in tua potestate est, uelle rescipiscere, uelle au- dire Ecclesiam, & non uis.

Roma. 1. Sexto sequitur. Qui cum iustitiam dei cognouissent non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt fa- cientibus. At libera est Philippi uoluntas nostra ad a- gendum & ad non agendum talia, ad consentiendum & non co- sentiendum. Nemo te cogit tot haereses proferre, tot haer- esibus barbarorum & impiorum numinum uestrorum consentire & credere. Tua tua culpa est, non dei, non praedestinationis diuinae. Non enim necessario, sed uo- luntarie sic scribis & sentis.

Roma. 2. Septimo. Sequitur in secundo capite. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas. Eadem enim agis quae iudicas. Quanto magis tu o Philippe inexcusabi- lis eris in magna illa die irae & iudicii dei, qui non uere iudicas, sed calumniaris de heresi Papam & Theolo- gos, cum tu ipse sis tot haeresibus ad uerticem usque pollu- tus & obnoxius. At excusabilis utique esses, si necessa- rio & coacte, non superbe & uoluntarie, sic scriberes aut loquereris.

Roma. 2. Octauo sequitur. Existimas autem hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiae & lon-

Inexcusabi-
lis Phil.

EX EPIST. PAULI AD ROMA.

longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit? Vtinam & hic Philippe tecum cogites, quid Paulo, immo deo iudicatu- ro, respondeas serio & ex animo, potius quam quibus conuicijs fucisq; rhetoricis & allegationu fumis obiectiones meas eludas, Nisi enim esset tibi arbitriu & ad resipiscendu & ad persistendu (ut moris est Hereticis) in errore, frustra expectaret a te poenitentia benignitas dei. Quomodo autem effugies iudiciu dei, qui cum sis maxime hereticus, & in haeresibus tot ante seculis publice ab uniuersa Ecclesia damnatis perseueras & sordes sordescisq; indies magis ac magis, de haeresi tamen iudicas, immo calumniosissime damnas Papam & Theologos? Memento queso poenitentia, dum licet.

Benignitas
dei poenitē
tiam expe-
ctat,

Nono sequitur. Secundum autē duritiam tuam & Roma. 2.
impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundū opera eius. His quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, querentibus uitam aeternam. His autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam operantis malū. Qui Matt. 13.
habet aures Philippe audiendi, audiat, cōscientiae tuae Cōscientia
satis dictum est, utinam ei lib. arbitrium tuū non obstat mala
stat uoluntas.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

stat sed consentiat potius atq; obediat, liberum tibi est precari deum, ut duritiam cordis tui mollescat, licet enim per te te cecideris, nō poteris tamen per te ipsum surgere. At liberū ē tibi (nequaquam enim tibi obstat deus aut eius prædestinatio, sed magis inuitat & expectat conuersionem tuam) uelle resipiscere & orare, ut liberet te deus à malo, & auferat cor lapideum de carne tua, detq; tibi cor carneum. Id fiet Philippe, si uera compunctione & spiritu contribulato dixeris cū propheta. Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

Ezech. 36.
Psal. 50.

Decimo sequitur. Non est acceptio personarum apud deum. Quicūq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicūq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt sed factores legis iustificabuntur. Cū enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum, accusantium aut etiam defendentium in die, cum iudicabit deus occulta hominū

Lib. arbitri secundū Euangelium meū per Iesum Christum. Ecce um ad cre- quàm fecundus est locus iste pijs cōtra non paucas im-
dendum. pietates tuas sententijs. Nemini profecto uiam salutis
1. Timo. 2. præcludit diuina prædestinatio. Deus enim uult oēs
homi

EX EPIST. PAULI AD ROMA.

homines saluos fieri (ut alibi ait Apostolus noster) &
ad agnitionem ueritatis uenire, Christus soli iustitie o-
mnibus lucet, credere & intueri in ipsum uolentibus,
lib. arbitriū cuiq; est. Qui credit in eū non iudicatur. *Ioan. 3.*
Qui autē non credit (inquit ipse Christus) iam iudica-
tus est, quia nō credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc
est autem iudicium (inquit) quia lux uenit in mundum,
& dilexerunt homines magis tenebras quā lucem.
Culpa igitur non credentis, est in ipsius libero ar-
bitrio, non in prędestinatione dei. Non enim misit de-
us filium suum in mundū, ut iudicet mundū, sed ut sal-
uetur mundus per ipsum. In arbitrio nostro est, ad so-
lem illum gratię q; lucē oculos mentis aperire uel clau-
sos tenere. Neminem cogit, inuitat tamen ad se omnes.
Qui uult credere saluabitur, qui non uult, sibi impu-
tet, non saluatori. Quia non est acceptor personarum *Act. 10.*
(ut Petrus quoq; ait) Deus. Noli igitur Philippelibe-
re uoluntatis culpam in dei prędestinationem refer-
re. Noli excusare hominem, tanquā naturę neces-
sitate aut afflictuum impetu atq; impotentia labatur, ut
accuses deum, qui talem illi naturam dederit. Nam ha-
bes rationem, habes lib. arbitrium, quo potes afflicti-
bus resistere.

EX PRIMA EPIST. PETRI

Teste. VII.

Egregie

Noui Gygā
tes contra
epistolam
Iacobi.

EGregie quidem confutat impietates uestras Iacobus Apostolus in epistola sua, quæ inter septem Canonicas primo loco ponitur. Vos autem noui Gygantes, in hoc seculo potentes, eam Epistolā reicitis, calcatis, ac Apostolico spiritu indignam iudicatis. Ideo eam nunc producā, quæ illi ordine proxima est, tantæ hæctenus authoritatis, ut ne heretici quidem eam contemnere præsumpserint. Et puto uos quoq; licet multipliciter iniqui impijque ac blasphemii in eius Authorem B. Petrum sitis illam adhuc recipere ac uenerabiliter agnoscere. Videamus ergo quid de questione nostra sentiat B. Petrus.

1. Pet. 1.

Primum, sic ait in capitulo primo. Succincti lumbos mentis uestræ, sobrii, perfecti, sperate in eam, quæ offertur uobis gratiam in reuelatione Iesu Christi, quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantie uestræ desiderijs, sed secundum eum, qui uocauit uos sanctum. Ut ipsi in omni conuersatione sancti sitis.

Leuit. 19.

Quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam sanctus sum. At dices forsitan Philippe, nihil hic de prædestinatione, nihil de lib. arbitrio dici, fateor equidē uoces illas hic omitti, at nos rem potius quàm uocem attendimus. Si enim omnia quæ eueniunt necessario (ut dicitis) eueniunt, frustra esset omnis ista ad bonam conuersationem exhortatio. Quis enim exhortetur solem, ut oriatur aut occidat? Quis lunam, ut post defectum recipiat

Exhortatio
requirit li.
arb.

EX PRIMA EPIST. PETRI.

ei fiat à sole lumen? Quis Hirundinem, ne ex luto nidificet, ne auolet estate transacta? Habent ista leges nature non uoluntatis mutabilis & liberæ, iam humana exhortatione non indigent. Quod si hominibus arbitrium (ut facis) eripias, frustra erit omnis exhortatio. Noli igitur dicere hæc uerba Petri ad rem nihil facere. Nam in hoc quoque generaliter contrate attestantur, quod à me non necessario scribuntur, & à te non necessario leguntur. Possem non scribere, possis non legere. Ad utriusque lib. arbitrium (quod stulte negas) habemus. Quomodo autem succincti erimus lumbos mentis nostræ, si nostra impij sumus? Non ignoras credo uulgarum illum uersiculū. Quod natura negat, nemo foeliciter audet? Quomodo item sobrij, si adfectibus resistere non ualemus? Quomodo perfecti, si in omni opere quamlibet bono peccamus? Quid speremus, quod diuina prædestinatio necessario aut largitur, aut subtrahit? Vides ne iam singula penè uerba Petri tuis impietatibus contraria esse?

Secundo ait. Et si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarū iudicat, secundum uniuscuiusque operum in timore, inuocatus uestri tempore, conuersamini. Scientes, quod non corruptilibus auro uel argento redempti estis, de uana uestra conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, forte & hic nihil quod
 H nolis

1. Petri. 1.

Interrogat nolis uides Philippe, sed attende paulisper. Si iudicat
 eiōes proli. deus sine acceptione personarū, secundū uniuscuiusq;
 arb. opus, Cur queso non omnes homines ab eo damnantur,
 cum uniuscuiusq; opus tua sententia peccatū sit?
 Et si non est lib. arbitrium hominibus, cur deus unum
 iudicat ad uitam, aliū ad mortem, cum necessario, non
 uoluntarie secundum te agat quisq; quod agit? Rursus
 si necessario fiunt omnia quæ fiunt, cur non eadem ab
 omnibus fiunt, cum omnes homines eiusdem sint natu-
 ræ? Nonne uides omnes apes eodem modo hexangulos
 construere fauos, & omnes Hirundines similiter unā
 sicut alteram nudificare? Quid est ergo, quod homines
 non simili modo unum idemq; faciunt omnes.

Tertio ait. Animas uestras castificantes, in obedi-
 entia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex cor-
 de inuicem diligite attentius, renati non ex semine cor-
 ruptibili, sed incorruptibili, per uerbū dei uiuū & per-
 manentis in æternum. Quæ autem queso castitas ani-
 marum, si omnis operatio earū peccatum est & for-
 nicatio quedā à deo? Quid nobis dicit Petrus de amo-
 re fraternitatis ac de mutua charitate, si affectuum no-
 strorum domini non sumus, si cor nostrū in potestate
 uostra non est? Cur ergo potius homini quàm cani aut
 equo de affectibus loquitur scriptura? Cur Petrus pro-
 ponit obedientiam cum Lutherani ad asserendā liber-
 tatem tot. cucullos simul cum obedientia abijciant.

Quarto

EX PRIMA EPIST. PETRI.

Quarto ait. Deponentes igitur omnem malitiam, 1. Pet. 2.

omnem dolū & simulationem, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles & sine dolo. Lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis, quoniā dulcis est dominus. Quo modo uero deponemus omnem malitiam, cum tu Philippe dicas omnia opera nostra esse peccata, nosq; semper peccatores esse ac semper peccare? Quomodo itē deponemus inuidiam, cum tu affectus in nostra potestate esse neges? Quomodo omnem dolum & simulationem, si non habemus lib. arbitrium? Quid uero infantes proponit nobis Petrus, cum uos ne baptizatos quidem pueros à peccato immunes esse dicatis? Quōd deniq; concupiscamus lac diuinum & spiritale, cū affectibus & concupiscentiæ carnali resistere nos posse neges? Nec uideo, quomodo gustare ualeamus, quōd dulcis est dominus, si suprema ius anime nostræ est maxime (ut ais) caro & plena fonticis pestibus.

Quinto ait. Et qui credunt in eum, non confundentur. Vobis igitur honor credentibus. Non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandalibus, qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt. Cur uero lapis iste credentibus honor est, non credentibus autem lapis offensionis & petra scandalis, sub. arbitrium non habemus, sed necessario

H 2 cre

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

credimus aut nō credimus? Si nihil imputatur liber e
(quam negas) uoluntati nostrae, cur credēti honor, nō
credenti confusio paratur, cum nō sit apud deū perso-
narū acceptio? Quod si his qui offendunt uerbo Chri-
stus est petra scandali, Cur non est etiam petra scan-
dali iustis, qui tua sententia non solum uerbo sed etiam
facto offendunt in omni opere bono.

Sexto ait. Vos autem genus electū, regale sacerdo-
tū, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes an-
nūciatis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile
lumen suum. Qui aliquando nō populus dei, nunc au-
tem populus dei. Qui non consecuti misericordiā, nūc
autem misericordiam consecuti. Audis hęc humani ge-
neris inimice Rapsaces? Si nos Christiani sumus genus
electum, Cur tu omnia necessario fieri quę fiunt dicis.
Quis enim locus electioni in necessario conuenientibus?
Quod si iuste (ut putatis) per hoc uerbum Regale sa-
cerdotium, ordinē sacerdotalem tollitis, ut omnis ho-
mo Christianus apud uos sacerdos sit etiā Episcopus,
immo et Papa modo reperit e baptismo (uti sapien-
ter sibi uidetur teuthonice docere tuus magister) Cur
non tollitis etiam dignitatem regalem, cum fateamini
additū hic esse hanc clausulam, et sacerdotale regnū?
Quomodo deinde sumus gens sancta, si semper pecca-
mus etiā in bono opere et quidē optime (ut dicitis) fa-
cto? Quomodo item populus acquisitionis, si nullū ac-
quirimus

Phil. ubiq;
contra Pe-
trum.

EX PRIMA EPIST. PETRI.

quirimus per bona opera meritū, sed per omne opus bonum incurrimus peccatum? Quomodo postea bene annunciemus uirtutes dei, si non habemus lib. arbitrium? Ita enim ait Paulus ad Corinth. Si uolens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Addit glossa. Dispensatio est, quando nō sibi sed alijs proficit, sicut prophetauit Balaam. Quid ergo tu aliud agis, tollendo nobis lib. arbitrium, quam ut meros Balaam facias ex omnibus Christianis sanctis q; dei, ne uolentes sed necessario, agamus bonum quod agimus? Absit autem, ut bestiali huic paradoxo tuo credamus, cum nos Christus de tenebris peccatorum uocauerit in admirabile lumen gratiæ suæ, per quam bona opera nostra sunt meritoria ad uitā æternam, modo ex bono corde procedant. Ait enim saluator, si oculus (id est intentio) tuus fuerit simplex, totū corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuū tenebrosum erit.

Septimo ait B. Petrus. Charissimi obsecro uos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs, que militant aduersus animā. Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quòd detraherent de uobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus uos considerantes, glorificent deum in die uisitationis. Tibi autem Philippe stulte nimirum efflagitare uidebitur Petrus à nobis, quod non

H 3 est

1. Cor. 9.

Nu. 24.
Phil. ex no
bis meros
Balaam fa-
cit.

Matth. 6.

1. Pet. 2.

Abstinerē
à carnali-
bus desyde-
rijs.

est in nostra potestate. Quemadmodū rogat quis stultū te à mendico, ut sibi donet mille solidos, aut centū iugera agrorū, totidemq; iuga boum. Quomodo enim talia prestaret mendicus? Cum igitur carnalia desyderia in nostra potestate, te iudice, non sint, nec ulla sit in homine uis, quæ serio illis resistere ualeat. Quomodo rogat Petrus, ut à carnalibus desyderijs, quæ militant aduersus animam, abstinemus? Aut igitur tuos agnosce errores, aut B. Petrū (cui non uno modo blasphemiam atq; iniurijs istis uos Lutherani) facere stultū, quia à nobis petat impossibile.

Absurda
doctrina
Phil.

Quod si impossibile est nobis abstinere ab eiusmodi affectibus. Ergo necessarium est, nos ab illis non abstinere. Nouerunt sanè dialectici, bonam esse hanc consequentiam. Cum uero absurdū sit consequens, & antecedens quoq; absurdum sit oportet. Cui autem nō uideatur absurdum, hominem Christianū, qui per baptismum mortuus est (ut ait Paulus) peccato & concupiscentijs eius, ne in corpore ipsius regnent, non posse à carnalibus desyderijs abstinere, à quibus abstinerūt non modo philosophi olim et alij uiri graues atq; honesti (utilocupletissime testantur Xenophon, Aristoteles, Cicero, Plutarchus, Val. Maximus, Seneca, & id genus alij præclari grauesq; authores) sed etiā plebeij homines Athletæ militesq; & duri ac laboriosi agricolæ. Ita enī ait in arte Poetica lyricus uates Romanorū.

Qui

EX PRIMA EPIST. PETRI.

Qui studet optatam cursu contingere metam
Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alsit,

Horatius
arte poc.

Abstinet Venere & uino. Ne uero iuste uidearis dice- Horatius
re. Nunc Philosophica impietate, impijs poetarum melius con-
ac oratorum sententijs, naturæ impietatem excitari, sonat uerbo
quæ modis omnibus uerba dei præmenda & reuellen dei quàm
da erat. Audi, quanto melius Horatij uersus, quàm be Phil.

stualitates tuæ consonant uerbo dei. Aut enim Christus Matth. 19.
Sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter re- 1. Cor. 9.
gnum cœlorū. Et Paulus ad Corinth. Omnis (inquit)
qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi
quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autē
in corruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incert-
tum. Sic pugno, non quasi ærem uerberans, sed casti-
go corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cū
alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.

His ego Philippe sententijs Christi, Petri, Pauli,
atq; etiam Horatij, multo lubenius iustiusq; accedo,
quàm impijs & absurdus bestialitatibus tuis. Si quid
habes contra per solidam ueritatem, libenter nos ue-
ritatis amore atq; honore laborem prolixioris atq;
etiā profundioris disputationis subibimus, si uero per
meros fucos Rhetoricos atq; per conuitia poetica re-
sponderis, non uideberis altera dignus responsione, ni
si forsitan illa generali, qua te nunc uexat Radinus,
nihil ad hoc, nihil ad illud respondisti. Primi lib. finis.

H 4 AD

DE LIB. ARBITRIO

AD PHILIPPI DICTA

RESPONSIO.

Incipit liber secundus.

Reliquum est Philippe, ut sigillatim ad ea, quae contra ueritatem de lib. arbitrio scripsisti, respondeamus, ut uideat iuuentus nostra, & quam uana sit presumptio tua, & quam solida sit Orthodoxorum, quibus petulantissime insultas sententia, ne post hac quemlibet nostrum adeo superbe laceffas. Taliter aut respondebo tibi, qualiter a te mihi responderi uelim, si sic (quod deus auertat) errarem.

MELANCHTHON TEXTV I.

De hominis uiribus adeoq; de libero arbitrio.

I

Scripsere de libero arbitrio Augustinus & Bernardus, & ille quidem sua posterioribus, quos aduersus Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus non est similis sui. Sunt hac de re etiam apud Graecos quaedam sparsim. Ego quandoquidem non sequar hominum opiniones & simplicissime & planissime rem exponam, quam ferè obscurarunt auctores tum ueteres tum noui, quia sic interpretabantur scripturas, ut simul uellent tamen rationis humane iudicio satisfieri. Parum ciuile uidebatur docere, necessario peccare hominem, crudele uidebatur,

II

III
IIII

V.

batur,

batur, reprehendi uoluntatem, si non posset se à uitio
ad uirtutem conuertere. Ideo & plura uiribus hu- VI.
manis, quàm par erat, tribuere, & mire uariarunt, cū
rationis iudicio uiderent ubiq; refragari scripturas.

Et in hoc quidem loco, cum prorſus Christiana do- VII.
ctrina, à philosophia & humana ratione dissentiat, ta-
men ſenſim irrepſit philoſophia in Chriſtianiſmū.

Et receptum eſt impium delibero arbitrio dogma, VIII.
& obſcurata Chriſti beneficentia per prophetaſ il-
lam & animalem rationis noſtræ ſapientiam.

Vſurpata eſt uox liberi arbitrij, à diuinis literis à IX.
ſenſu & iudicio ſpiritus alieniſſima, qua uidemus ſan-
ctos uiros non raro offenſos eſſe. Additum eſt è Pla- X.
tonis philoſophia uocabulum rationis æque pernicio-
ſum. Nam perinde atq; his poſterioribus Eccleſiæ XI.

temporibus Ariſtotelem pro Chriſto ſumus amplexi,
ita ſtatim poſt Eccleſiæ auſpicia per Platoniam philo- XII.
ſophiam Chriſtiana doctrina labefaſtata eſt. Ita ſa-
ctum eſt, ut præter canonicas ſcripturas nullæ ſint in
Eccleſia ſincere literæ. Redolet Philoſophiam quid
quid omnino commentarijs proditum eſt.

C O C H L A E V S.

Te reſpondeſ Philippe Pontifici? Sic Abbati? At I.

Sextant adhuc eorum libri, qui doctiſſime ſimul et
cautiſſime ſic aſſerunt lib. arbitrium hominis, ut
gratiæ dei nihil derogent, ijs ergo, ſi uir es, reſponde.

H 5 quo

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

quod modo nos, deo iuvante respondebimus libro tuo. **Calumnia** Sua multipliciter (inquis) retractavit Augustinus. **in Aug. de Itane multipliciter?** At non fuit uir ille uestri similis, **multiplici** qui protinus quaecquid furor in buccam eructat, euomi **retractioe. tis.** Tu certe ante quatuor aut sex annos longe aliter, quam nunc scripsisti. Et magister tuus tanta est in constantia, non modo in uerbis sed etiam in factis, ut neq; ipse neq; tu illam ullo colore possitis excusare. Scripsit quidem tres de lib. arbitrio libros Aug. Neophitus ad

Aug. in Re huc, antequam factus esset Episcopus, de quibus bene **tract. lib. 1.** longam facit mentionem in primo libro retractionu.

6.9. Non eo sane consilio, ut eos reuocaret aut ad igne damnaret (sicut in confusissima Babylone sua facit aliquot libris suis turpis & confusus magister tuus) sed ut admoneret Pelagianos, sese non eorum causam in libris illis egisse, cum nondum fuisset tum, cum scriberentur, eorum heresis exorta. Non se extollant (inquit) noui Haeretici pelagiani, quasi eorum egerim causam, quia multa in his libris dixi pro lib. arbitrio, quae illius disputationis causa poscebat. Et recensitis quam plurimis illorum librorum locis, quae tamen minime reuocat aut reprehendit, ita subdit. Ecce tam longe, antequam pelagiana heresis extitisset, sic disputauimus, uelut iam com

Numerus li tra illos disputaremus. **Quin** tu igitur Philippe uel **brorum Au.** uniuersiculū ex omnibus libris Augustini (quos ipse praeter Epistolas & sermones atq; etiam praeter tres **in**

RESPONSIO COCHLAEI.

in Psalmos quinquagenos, in retractatõibus enumerat
 CCXXXII.) nobis exhibe, in quo tecum sentiens, ne
 get lib. arbitrium hominis. Id si non potes (quis autem
 dubitet, te nõ posse?) quid tam atroci iniuria calummio
 se notas sanctissimũ iuxta ac doctissimum uirũ? Quis
 facile, quæ se recenseat, quot in libris contra Maniche
 os & Pelagianos atq; etiam contra Paganos, lib. arbi
 trij mentionem fecerit uir ille, in quibus omnibus ho
 minis lib. arbitriũ planissime asserit? Quamuis enim
 Pelagiani plus æquo nimium tribuerent lib. arbitrio,
 nunquã tamẽ ita extulit cõtra eos gratiam dei Aug.
 ut lib. arbitrium hominis negaret.

Nam & in ijs libris, quos post retractationes & di
 dit, planè fatetur hominem lib. arbitrij esse. Hæc enim
 sunt uerba eius in tertio libro eius operis, quod Hypo
 nosticon inscripsit. Est igitur lib. arbitrium (inquit)
 quod quisquis esse negauerit, Catholicus non est. Qui
 bus enim dicitur in psalmis, nisi lib. arbitrium haben
 tibus, Venite filij, audite me, timorem domini docebo
 uos? Item à domino in Euangelio discipulis. Omnis qui
 audit uerba mea hæc, & faciet ea. Et item, Vos amici
 mei estis, si feceritis, quæ ego mando uobis. Et ab Apo
 stolo Corinthijs. Hoc enim uobis utile est, qui non solũ
 facere, sed & uelle cõpistis ab anno priore. Nunc au
 tem & factõ perficite, ut quemadmodum promptus
 est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi. Et multa
 alia

Aug. In hy
 ponest. lib.
 3. in medio.
 Psal. 33.
 Matth. 7.
 Ioan. 15.
 2. or. 8.

Roma. 2.

alia, quæ tam in ueteri quàm in nouo Testamento continetur, quæ nimis propter fastidium lectionis longum est enarrare, Quomodo autem unicuique secundum sua opera redderetur in die iudicij, nisi liberum esset arbitrium? & ideo non est personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. In omni itaque opere sancto, prior est uoluntas dei, posterior lib. arbitrij, id est, operatur deus, cooperatur homo. Hæc ibi Augustinus. Vbi ergo sua de lib. arbitrio multipliciter (ut impudentissime calumniaris) retractat? Certe si diligentius totum argumentum retractationum eius consideres, facile uidebis,

Aug. magis esse iudicem & regestem ac Chronicon quodam operum eius, quàm immutationem sententiarum. Desine igitur sancto uirolabem tue impietatis & inconstantie calumniose aspergere.

II.

Bernardus non est (inquis) similis sui. At ubi? quomodo? quando? in quibus? Nescio in quibus, aliud non habeo, quod illi respondeam. Audi igitur homo improbe unicum illius textum, ut intelligas, quàm impia sit tua in sanctum dei calumnia. Hæc sane sunt uerba ipsius in libro de gratia & libero arbitrio. Is ergo talis (inquit) consensus ob uoluntatis inamissibilem libertatem & rationis, quod semper secum portat & ubique, indeclinabile iudicium, non incongrue dicere,

Bernardus
de lib. arbi.

RESPONSIO COCHLAEI.

ere (ut arbitror) liberum arbitriū. Ipse liber sui pro-
 pter uoluntatem, ipse iudex sui propter rationem. Et
 merito libertatem comitatur iudicium, quoniam qui-
 dem quod liberum sui est, profecto ubi peccat, ibi se iu-
 dicat. Est autem iudicium quod iuste profecto, si pec-
 cat, patitur quod nolit, qui non peccat, nisi uelit. Cate-
 rum quod sui liberum nō esse cognoscitur, quo pacto
 uel bonū uel malū ei imputatur? Excusat nāq; utrunq;
 necessitas. Porro ubi necessitas, ibi libertas non est. Vbi
 libertas non est nec meritum, ac per hoc nec iudicium.
 Excepto sane per omnia Originali peccato, quōd a-
 liam constat habere rationem. De cetero quicquid
 hanc non habet uoluntarij consensus libertatem, pro-
 culdubio & merito caret & iudicio. Proinde uniuersa
 quae sunt hominis, praeter solam uoluntatē, ab utro-
 q; libera sunt, quia sui libera non sunt, uita, sensus, ap-
 petitus, memoria, ingenū, & si qua talia sunt, eo ipso
 subiacent necessitati, quo non plene subdita sunt uo-
 luntati. Ipsam uero, quia impossibile est, de se ipsa sibi
 nō obedire. Nemo quippe, aut non uult quod uult, aut
 uult quod non uult, etiam impossibile est, sua priuari li-
 bertate. Potest quidem mutari uoluntas, sed non nisi in
 aliam uoluntatem, ut nunquam amittat libertatem. Tā
 ergo non potest priuari illa, quā nec se ipsa. Si pote-
 rit homo aliquando aut nihil omnino uelle, aut uelle ali-
 quid & non uoluntate, poterit & carere libertate uo-
 lum=

Excusat a
 culpa neces-
 sitas.

Non potest
 uoluntas li-
 bertatē a-
 mittere.

DE LIB. ARBITRIO LIB. I.

luntas. Hinc est, quod insanis uel infantibus, itēq; dormiētib; , nihil quod faciunt, uel bonum uel malum imputatur. Quia nimirū, sicut suæ non sunt compotes rationis, sic nec usum retinent propriæ uoluntatis, ac per hoc nec uim. Cum igitur uoluntas nil liberum habeat nisi se, merito non iudicatur nisi ex se. Siquidem nec tardum ingenium, nec labilis memoria, nec inquietus appetitus, nec sensus obtusus, nec uita languens, reum per se statuunt hominem, sicut nec contraria innocentem. Et hoc non ob aliud, nisi quia hæc necessario ac præter uoluntatem posse prouenire probantur. Sola ergo uoluntas, quoniam pro sui ingenita libertate, aut dissentire sibi, aut præter se in aliquo consentire, nullam, nulla cogitur necessitate, nõ immerito iustam uel iniustam, beatitudine seu miseria dignam ac capace creaturam constituit, prout scilicet iusticiæ iniusticiæ ue cõsenserit. Hæc ibi Bernardus. Ad quæ declinãdã tu Philippe nihil aliud adfers, nisi ipsum nõ esse similem sui. Est ne hoc soluere fortissimas illius uiri rationes, quas ibi, præter iam dictas, adhuc plurimas alias & accuratissime colligit, & scripturis solidissime confirmat? Quæ igitur non tedeat disputare tecum, si sic respondeas.

III.

Tertio ais. Sunt hac de re etiam apud Græcos quædam, sed sparsim. Egregias sanè & hæctua responsio. Græci deli. Non sum equidē, ut tu es Græcæ lingue peritus, ideo arbit. scriz de ijs Græcorū Auctoribus, qui latine interpretati non pferre. sunt,

RESPONSIO COCHLAEL

Sunt, nihil dicere praesumo. Ceterum ex ijs, quos translatos habemus, tres tibi breuiter oppono, qui non sparsim sed solide, secundum propositum ex animi intentione de lib. arbitrio iustos scripserunt libros, ij sunt, Origenes, Basilius magnus, & Eusebius Paphlagoni. Si uir es igitur Philippe, responde Origini, si potes ad ea, quae super lib. arbitrio differit libro septimo in epistolam Pauli ad Roma. Et libro tertio Periarchon super dicta Pauli in capite nono iam dictae Epistolae. In quibus male intellectis ois tibi stat fiducia, immo praesumptio. Memint illi etiam proprii & distincti libri, in quod libertate arbitrij differuerit, sed cum non sciolatinitate donatum. Tu qui Graece non uulgariter (ut fama est) eruditus es, librum illum si modo extet, uidere poteris, ut erroris tui agnitione resipiscas. Deinde responde & Basilio ad ea, quae de lib. arbitrio eleganter & copiose dicit, non sparsim in eo sermone, cui titulus est quod deus non sit auctor malorum. Quamquam & in eo opere, quod Hexameron inscripsit, super libertate arbitrij non pauca differuit. Maxime autem te prouoco, ut respondeas Eusebio, episcopo Caesariensi, qui pulcherrime simul & copiosissime super lib. arbitrio hominis differit per integrum librum, quem sextum fecit de preparatione Euangelica. His ergo primam responde, si potes, deinde astrue tua. Sed quamlibet sis ingeniosus ac sedulus, mihi dubium non est, totam tibi etate

Origenes.

Origenes. super Epist. Pauli. c. 9. lib. 7.

Basilius.

Eusebius.

non

non posse sufficere, ut omnibus autoribus præclaris, quilibet arbitrium asseruerunt, respondeas.

III.

Quæ sequi
tur Phil.

Quarto ais. Ego quandoquidem non sequar hominum opiniones, & simplicissime & planissime rē exponam. Quam bene exposueris, mox uidebimus. Cur autem hominum opiniones non uis sequi? forte à magistro tuo didicisti, qui omni hominū Angelorūq; iudicio calcato, semetipsum nunc iudicem & hominum & Angelorum constituit. Quem ergo sequeris Philippus? Num Paulum & reliquos Christi Apostolos? At fuerunt & illi homines, nam & reliquos homines fideles Christi, ubiq; uocabant fratres, & Paulus ac Barnabas, cū propter miracula insolitamq; dicendi uim pro dijs cœpissent haberi à Iystrēnsibus (ut in Actis refert Lucas) ipsi mox concisis tunicis exilierunt, dicentes. Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus, similes uobis homines. Neq; uero uispiam negauerunt illi (quod tu facis) lib. arbitrium. Quem ergo sequeris? num Angelos? At ne illi quidem lib. arbitrium negant. Num Euangelium Christi? At nos supra ex eo asseruimus arbitrij libertatem. Num scripturas Canonicas quaslibet? Sed nos ex omni genere scripturarum aduersum te septem testes bene locupletes produximus. Num deniq; deum ipsum? At non semel nos deum lib. arbitrij testem certum ac manifestum ostendimus. Et non raro demonstrauius, quanta sit tua in deum blasphemia per eiusmodi bestialitates

RESPONSIO COCHLAEI.

litates tuas, quibus deum sua in imagine tam impie in-
 cusas & contaminare conaris. Ecce non sequeris deū,
 non angelos, non Euangelistas, non Apostolos, non Da-
 ctiores neq; ecclesiasticos, neq; Scholasticos, nō sanctos
 patres, non Concilia, non ecclesiam deniq; Catholicā,
 quæ semper tenuit hominem lib. arbitrij esse. Quem
 ergo sequeris? Nunquid aliū infœlix, quàm Diabolū
 & ministrum mancipiūq; eius Lutherum? Ego profe-
 cto alium nequeo conijcere. Quid enim sequeris & ar-
 ripis, nisi mera impietatis mendacia? At non uane dicit Ioh. 8.
 Christus ad hostes ueritatis. Vos ex patre diabolo estis
 & desyderia patris uestri uultis facere. Ille homicida
 erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia non est ue-
 ritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs slo-
 quitur, quia mendax est & pater eius.

Quinto ais. Parum ciuile uidebatur docere, neces- V.
 sario peccare hominem &c. Non immerito sic uideba-
 tur doctis iuxta pijsq; omnibus philippe, cum & ego
 tibi supra ostenderim, dogma istud tuū non modo pa-
 rum esse ciuile, sed & multū bestiale. Quandoquidem Phil. facit
 per ipsum reddis hominis conditionē peiorem, quàm hominē pei-
 sit cuiuslibet bestie aut animantis, immo quàm lapidis ore m bestia
 & trunci, ijsce enim rebus in peccatū aut uituperium & lapide.
 nemo imputat, quod necessario aut natura faciunt. Ho-
 mini autem, qui tua sententia natura & necessario pec-
 cat, rependitur pro peccato suo non solum uituperiū

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

et poena tēporalis, sed etiā eterna damnatio, si peccatū eius nō deleatur. Cæterum, quod uoluntas nō potest se à uitio ad uirtutem absq; dei auxilio conuertere, nō uidetur nobis (ut falso putas) crudele, si reprehendatur atq; etiam puniatur, iuste enim reprehenditur, qui sponte cadit, cum stare posset, licet iacens per sese surgere nequeat. Librum est tamen iacenti, alterius opē implorare, ut surgere possit. si hoc negligat, nonne iuste reprehenditur? Opto, ut super ijs respondeas, uel tribus libris Augustini de lib. arbitrio, uel sexto libro Eusebij de preparatione Euangelica, aut uni saltem, non adeo prolixo, libro Bernardi de gratia et lib. arbitrio, quem improbe calumniaris. suis similem nō esse.

VI.

Dicta Ethnicorum diætiis Christi plus consonant quàm dicta Phil.

Sexto ais. Ideo et plura uiribus humanis quàm par erat tribuere, et mire uariarunt, cum rationis iudicio uiderent ubiq; refragari scripturas. At nos supra non obscure declarauimus, quanto melius consonet scripturis iudicium rationis quàm bestiale dogma tuum. Ostendimus enim dicta Ethnicorū, utpote Trismegisti, Aristotelis, Ciceronis, Senecæ et similitū, qui rationis iudicium sequuti sunt, longe magis cōformia esse diætiis Christi Pauliq; et prophetarū quàm sunt bestialitates tuæ. Nostri autem doctores sic agnoscunt uires humanas, ut gratiæ diuinæ nihil derogent, cui uoluntatē nostram, sicut iumentum seffori, subdunt et submittant. Cauent nihilominus, ne hominem, ad imaginem dei

LIB. II.
RESPONSIO COCHLAEI.

de facto lib. arbitrio (quod tu tam brutaliter quam
impie facis) spoliem, ne ue creatorē in nobilissima crea-
tura (quā Antonomatice creaturā mundi uocat Apo-
stolus) blasphemem, si dicerent (quod tu dicis) eam na-
tura impiam & mendacem esse necessarioq; peccare
etiam in omni opere bono. Quod autē ais eos mire ua-
riasse, nihil agis. Tum quia nihil adfers in quo uariant,
& non est hæc prima & unica tua calumnia. Tū quia
si uariant in alijs, hic certe omnes uno ore atq; animo
consentiunt in liberum (quod tu negas) hominis arbi-
trium.

Roma. 1.

Septimo ais. Et in hoc quidē loco, cum proفسus Chri-
stiana doctrina, à philosophia & humana ratione dis-
sentiat, tamen sensum irrepfit philosophia in Christia-
nismum. Iam diximus Philippe, Christi doctrinā mul-
to minus dissentire à philosophia & humana ratione,
quā à bestialibus dogmatis tuis. Nam & gentes (ut
ait Apostolus) quæ legem non habent, naturaliter ea
quæ legis sunt faciunt, & ostendunt opus legis scriptū
in cordibus suis. Nec impedit philosophia homines à
cælestium cognitiōe, sed magis promouet, iuxta illud
Apostoli. Inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ
facta sunt intellecta conspiciuntur. Et præclarissimi
quiq; doctores Ecclesiæ, philosophiæ non fuerunt ex-
ptes, ut Dionysius, Polycarpus, Papias, Iustinus (qui
& cognomento philosophus est dictus, cum etiā habi-

Philoso-

phia pro-

mouet ad

cognitionē

dei.

Roma. 2.

Roma. 1.

Hiero. de ui-

ris illust.

tu philosophorum incederet) Hirenus, Clemens, Origenes, Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Eusebius & quinon? Et longe melius de doctrina Christiana Augustinus quàm tu scripsit. Sed & Radinus tibi nuper ostendit, cui nondum respondisti, quantũ conferat philosophia. Certe si tu philosophia tantum, quantũ dicatilinguarum q̄; peritit, operæ impendisses, in tam foedos bestialesq̄; errores nunquàm incidisses.

VIII.

Octavo ais. Et receptum est impiũ de lib. arbitrio Christi dogma & obscurata Christi beneficentia &c. Egrege nosticalumniari Philippe. Non enim impium sed Ecclesiasticum planeq̄; Christianũ (ut supra ostendimus) est dogma de lib. arbitrio. Nec obscurata est per

Lucæ. 10.

illud Christi beneficentia, sed magis relucet & innotescit, dum hominem, qui incidit in latrones, uulneratũ in lib. arbi. ac semiuivum relictũ, suscipit misericorditer, humerisq̄; suis reportat. Vti pulcherrime declarat in Hyponostico Augustinus, de lib. arbit. scribens.

Aug. Hyp. lib. 3.

Phil. dogmata.

Tu uero bestialiter hoc Christi summũ beneficium nobis multipliciter obscuras, atq̄; adeo irritum omnino facis, dum lib. arbitrium, quod sanari ab illo possit, negas, dum bestie, immo lapidi truncoq̄; hominem parrem atq̄; etiam peiorẽ facis, dum gratiam Christi per baptisma sanare hominem negas à uulnere peccati, diũ negas hominem iustificatũ ab illo, per gratiam aliquid facere quod non sit peccatum, dum blasphemè affir-

mas

LIB. II.
LIB. ARBITRII
Clemens, Ori-
ginus, Eusebius
Christiana ad
us tibi imper
conferat pbi
quantū dica
ffes, in iam
ffes.
lib. arbitrio
Egre-
impium sed
ora ostendi-
ata est per
Egre-
uolueratū
miser corā
prime decla-
bit. Scriben-
beneficium
iam omnia
illo possit, ne
omnem pa-
Christi per
peccati, aut
m aliquid
me affir-
1145

RESPONSIO COCHLAEI.

mas. Opus iusti, quod à spiritu dei proficiscitur, esse
immundum & peccatum. Hæc & id genus pluri-
ma, plena impietatis & blasphemiae, dogmata tua,
Christi beneficentiam obscurant, penitusq; quantū in
se est, extinguunt. Cæterum inter dogmata Ecclesiasti-
ca, quæ superiori anno simul cū Tertulliani operibus
ædidi uir doctus beatus Rhenanus, habetur pulchrū
ac bene longum caput de lib. arbitrio. Ex quo satis hic
fuerit principium mediūq; ac finem paucis referre. Li-
bertati (inquit) arbitrij sui commissus est homo statim
in prima conditione. Item manet utaq; ad querendam
salutem arbitrij libertas, id est, rationalis uoluntas. Itē
igitur ut non labamur à bono uel naturæ uel meriti, sol-
licitudinis nostræ est & coelestis pariter adiutorij. Vt
labamur, potestatis nostræ & ignauæ. Quanto sunt
hæc Philippe meliora sanioraq; tuis?

Nono ais. Usurpata est uox lib. arbitrij, à diuinis li-
teris, à sensu & iudicio spiritus alienissima &c. Quæ
do autem usurpata est hæc uox? Quis eam unquam,
preter uos nouos Hussitas, negauit? Non est uox de so-
lo titulo (ut uos dicitis) & mera ficticia, sicut Chimera
aut trifaux Cerberus, sed significat rē uere & absq; om-
ni fictione existentem, uti supra satis superq; demon-
stratum est. Non est ergo uox usurpata per fictionem,
sed usitata & totius mundi consensu approbata, non fi-
cta, sed uere significatina, eius quidē rei, quam omnis

Liber de ec-
clesiasticis
dogmati-
bus.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

scriptura, omnis Theologia, omnis philosophia, omnis cuiuscunq; facultatis professio, omnis deniq; hominum status & cōditio recipit & agnoscit. Quod autem hanc uocem alienissimam dicis à diuinis literis, partem proficit opinioni tuæ, nam rem significatam nos ex diuinis literis multipliciter probauimus supra. Et multa recepit temporum successu Ecclesia uocabula, quæ in diuinis literis non habentur expressa. Verbi gratia, Nusquàm in scripturis dicitur pater ingentus, nusquàm filius patri coequalis, nusquàm spiritus sanctus ab utroq; procedens, nusquàm beata uirgo Maria dei genitrix, nusquàm perpetua uirgo & c. Quis tamen, nisi extremae insanie aut hærescos homo, uoces istas damnet? Deniq; quod eam uocem dicis à sensu et iudicio spiritus alienissimam. Concedimus quidem à tuo spiritu (cui nihil boni placet) non autem à spiritu Catholicorū, eam alienam esse, Nec sunt ea offensi sancti, sed uestri similes, hæretici. Quis enim sanctorū uocem illam repudiauit? quis damnauit? Non igitur sancti, sed pecuni homines hac uoce offenduntur. Quæ enim res alia ex pluribus quàm ista, scripturis asseri & confirmari queat?

X.

Ais decimo. Additum est è Platonis philosophia uocabulum rationis æque perniciosum. Quid tibi quæso animal irrationale in mentem (si modo ullam adhuc mentem habes) uenit, ut hoc uocabulum tot seculis per totū

Spiritus
Phil.

Non omnia
uocabula
habentur
in scriptu
ris.

REIP
tatum
as a
philosophia
ueni
facere
quæ
infero
Moyse
genitricem
ijctas
tatem
cui
Quanto
pud
uim
ijis
na
uita
gessit
Vi
Alter
et à
ijis
pernicie
noct
spe

RESPONSIO COCHLAEI.

totum orbem usitatum, absq; causa & ratione reijci-
 as ac damnas? Num uero uocabulum istud ante Plato-
 nis philosophiam usitatu non fuit? At multis ante Pla-
 tonem seculis dixit Salomon Ecclesiastes. Quodcumq; *Eccle. 9.*
 facere potest manus tua, instanter operare, quia nec
 opus nec ratio, nec sapientia nec scientia erunt apud
 inferos, quo tu properas. Sed & in Iob & in lege
 Moysi est hoc reperire uocabulum. Quod si rem si- *Iob. 38.*
 gnificatam huius uocis reijcis (Quomodo autem non re- *Num. 23.*
 iicias, quilibet arbitrium, quod & rationem & uolun-
 tatem complectitur prorsus negas?) Cur nullam adij-
 cis causam reiectionis usq; adeo friuole & inaudite?
 Quanto iustius rationabiliusq; rationem impugnat &
 pud Ciceronem, de natura deorū, Balbus (si recte me- *Cic. de na-*
 mini) qui multas ad persuadendum causas affert? Ex *tura deorū.*
 his autem aliquot breuiter hic recensebo. Nec uero sce- *Argumen-*
 na solum (inquit) referta est his sceleribus, sed multo *ta contra*
 uita cōmunis pene maioribus. Sentit domus uniuscuius- *tionem ho-*
 q; sentit forum, sentit curia, campus, socij, prouincia. *minis.*
 Ut quemadmodū ratione res recte fiat, sic ratione pec-
 cetur. Alterumq; à paucis & raro, alterū & semper
 & à plurimis. Ut satius fuerit, nullam omnino nobis à
 dijs immortalibus datam esse rationem, quā tantā cū
 pernicie datam. Ut uinum egrotis, quia prodest raro,
 nocet sepiissime, melius est non adhibere omnino, quā
 spe dubie salutis in apertam pernicie incurrere. Sic

DE LIB. ARBITRIO LIB. II

haud scio, an melius fuerit humano generi, motū istū
 celeræ cogitationis, ac uicē solertiam, quam rationem
 uocamus, quoniam pestifera sit multis, admodum pau-
 cis salutaris. Non dari omnino, quam tam munifice
 tam large dari. Hæc & id genus plura obijcit ille, at
 non asserit.

**Polyphemi
 ca superbia
 Phil.**

Tu uero Philippe, nullam causam adfers, nihil ob-
 ijcis, sed nescio qua Polyphemica superbia & inhu-
 manitate nudis uerbis, contra omnem rationem, hic ra-
 tionis uocabulum reprobas, ac uelut perniciosum da-
 mnas, non addens. Cur, ubi, quando, aut quomodo qui-
 busue perniciosum sit aut unquam fuerit. Ipsam autē
 rationem, rem scilicet significatam huius uocabuli, po-
 stea sic extenuas uituperasq; ac penitus damnas & cō-
 culcas, ut propter adeo blasphemam tuam de tanto dei
 dono ingratitude, recta ratione merito indignus et
 expoliatus habearis. Iudicas enim rationem humanam
 non modo carnalem esse, sed & carnem & quidē ma-
 xime carnem inter omnes uires partēsq; hominis, ple-
 namq; fonticis pestibus, ac prorsus ignorantem dei,
 eiusq; contemptricem, ac semper peccare. Sed nos ad
 has tuas bestialitates sæpe respondimus supra. Et mul-
 to copiosius efficaciusq; rationem asserunt alij Auto-
 res, celeberrimi sanē quiq; cum Ethnici, tum Christia-
 ni, quos referre longum foret.

XL.

Vndecimo ais. Nam perinde atq; his posterioribus

Ec

RESPONSIO COCHLAEI.

Ecclesie temporibus Aristotelem pro Christo sumus
 amplexi, ita statim post Ecclesie auspicia per Platoni-
 cam philosophiã Christiana doctrina labefactata est.
 Heu impudentiam uasanam & intolerabilem nimi-
 umq; tædiosam. Quis obsecro nostrũ pro Christo am-
 plexus est Aristotelem? Si hoc tu olim fecisti (egregiã
 enim illi operam publice aliquando pollicitus es, licet
 nihil uiderim boni, quod ei prestiteris) Nos certe Chi-
 stiãni id minime fecimus, nec unquam faciemus. Legi-
 mus quidem Aristotelem, sed absit, ut eũ Christo præ-
 feramus aut pro Christo amplexemur. Pro Christo ea-
 tiam mori, si opus sit, non dubitaremus. Quis autẽ ue-
 lit mori pro Aristotele. Apage hinc procul cum ista ca-
 lumnia. Non sumus nos similes tui aliorumq; canum ac
 porcorum Lutherinorũ, qui nefanda bestialitate san-
 ctissimas quasq; margaritas Christianismi nostri, &
 morsu amarissimo discerpitis, & pedibus illotis con-
 culcatis, & inconstantia plusquam meretricia, ad leuẽ
 noue opinionis uentum, unum pro altero cõmutatis,
 datis & accipitis. Vt maxime in uos quadret illud psal-
 miste, Impij tanquam puluis, quem proijcit uentus à
 facie terre. At multo grauior blasphemiorq; est poste-
 rior tua calumnia, in tot retro secula Martyrũ & Con-
 fessorum Christi, quorum Christianismũ per Platoni-
 cam philosophiam labefactatam esse secleratissima im-
 pietate dicis. Quis enim negat Dionysium, Iustinum,

Amplecti
 Aristotelẽ.

Math. 7.

Psal. 1.
 Platonica
 philoso-
 phia.

I 5 Cle

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Clementem, Cyprianum, Chrysostomū, Augustinū,
 & id genus innumeros Christi martyres & Confesso-
 res, Platonis atq; etiam Aristotelis philosophiam legis-
 se? Quod si in istis labefactata fuit Christiana doctrina
 in quibus obsecro firma solidaq; permansit? O furo-
 rem incredibilem, ut uos Lutherani soli sitis in saxoni-
 eo uestro angulo Christiani, calumnioso pretexto phi-
 losophiæ, omnem totius orbis omnium retro seculorū
 Christianismum, uelut labefactatum per philosophiā,
 nefaria fatuitate damnatis. Nō animaduertētes à Chri-

Math. 7.

Roma. 2.

sto dictum esse. Nolite iudicare, & non iudicabimini.
 Nolite condemnare, & non condemnabimini. Nec il-
 lud Apostoli considerantes. Inexcusabilis es o homo
 omnis qui iudicas. In quo enim alterū iudicas, te ipsum
 condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas.

XII.

Necessarij
 sunt cōmen-
 tarij sacræ
 scripturæ.

Duodecimo ais. Ita factum est, ut præter Canoni-
 cas scripturas nullæ sint in Ecclesia sinceræ literæ.
 Redolet Philosophiam quicquid omnino cōmentarijs
 proditum est. At nos supra diximus, non aliunde ueni-
 re tibi tot tantosq; errores, qui te ex nauicula Petri in
 hereticorum pelagus miserabili naufragio eijciunt ac
 deturbant, nisi quod nudas scripturas, contempto cō-
 mentariorū præsidio, superba mente legis. Certe neq;
 doctior neq; acutior es Augustino. Is autem, cum iam
 uellet baptizari, per literas à B. Ambrosio sciscitaba-
 tur, quid potissimum de sacris libris sibi legendū esset,

Aug. in con-
 fes. lib. 9.
 ca. 5.

quo

RESPONSIO COCHLAEI.

quo percipiēda tantæ gratiæ paratior aptiorq; fieret.
 At ille iussit Esaiam prophetā, quod præ cæteris Euan-
 gelij uocationisq; gentium sit prænunciator aptior. Ve-
 runtamen Augustinus (qui tamen uarijs disputationi-
 bus iam cum Manichæis iam cū Catholicis de scriptu-
 ris admodum exercitatus erat) primam illius prophe-
 tæ lectionem non intelligens, totumq; talem arbitrans
 distulit repetendum posteaquā esset exercitator in
 dominico eloquio. Videsne iā Philippe, quanta sit ista
 tua temeritas, dum per te absq; glossis cōmentarijsq;
 scripturas intelligere præsumis? Illud uero improbius
 quod ita proteruitis uos omnes Lutherani in sensu lite-
 rali, ut non raro dicatis, eum solum acceptandum esse,
 tanquam sit unicus per totam scripturam. Itaq; nō pau-
 ci sunt modo adolescentes, Poetæ, scioli, laici omnis ge-
 neris Equites, medici, causidici. Quin immo artifices
 quoq; & (quod impudentius est) mulierculæ quædam
 de secta uestra, quæ præsumunt de scripturis discepta-
 re, suumq; sensum spiritūq; (ut loquuntur) non ueren-
 tur æquiparare, immo & præferre cunctis Theologo-
 rum, tum ueterū tum recentium expositionibus. Nos
 hac æstate contra eiusmodi insolentias intemperiesq;
 uestras, quatuor scripsimus libros, duos quidē de au-
 toritate Ecclesiæ & scripturæ, duos item de sensu lite-
 rali. Hic satis fuerit referre, quod idem Augustinus in
 confessionibus de seipso scribit. Gaudebā (inquit) quod
 uetera ca. 4.

Aug. in con-
 fess. lib. 6.

uetera ca. 4.

DE LIB. ARBITRIO

uetera scripta legis & prophetarū, iam non illo oculo
mihi legenda proponerentur, quo antea uidebatur ab
surda, cum arguebam tanquam ita sentientes sanctos
tuos. Verum autem non ita sentiebant. Et tanquam re-
gulam diligentissime cōmendaret, sēpe in populari-
bus sermonibus suis dicentem Ambrosiū letus audie-
bam. Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Cum ea,
quæ ad literam peruersitatem docere uidebantur, re-
moto mystico uelamento, spiritualiter aperiret.

2. Cor. 3.

MELANCHTHON TEXTV II.

A C primum quidem in describēda hominis na-
tura non habemus opus multiplicibus philoso-
phorum partitionibus. Sed paucis in duo par-
timur hominem. Est enim in eo uis cognoscendi, est &
uis quæ persequitur uel refugit quæ cognouit.

II.

Vis cognoscendi est qua sentimus aut intelligimus
& ratiocinamur, alia cum alijs cōparamus, aliud ex alio
colligimus. Vis ē qua adfectus oriuntur, est qua aut
auesamur aut persequimur cognita. Hanc uim ali-
as uoluntatem, alias adfectum, alias appetitum nomi-
nant. Non puto magnopere referre, hoc loco sepa-
rare sensum ab intellectu, quem uocant, & appetitum
sensuum ab adpetitu superiore. Nos enim de supe-
riore loquimur, hoc est, non modo de eo, in quo fames,
sitis, & similes brutorum adfectus sunt, sed de eo, in
quo amor, odium, spes, metus, tristitia, ira, & qui ex
bis

III.

III.

V.

VI.

LIB. II.

his nascuntur adfectus insunt, ipsi uoluntatem uocant.

Cognitio seruit uoluntati, ita liberum arbitriū uo- VII.
uo uocabulo uocant coniunctā uoluntatem cum cogni- VIII.
tione seu consilio intellectus. Nam perinde ut in Re
pub. tyrannus, ita in homine uoluntas est. Et ut senatus
tyrāno obnoxius est, ita uoluntati cognitio. Ita ut quan-
quā bona moneat cognitio, respuit tamē eam uolun-
tas; ferturq; adfectu suo, ut posthac clarius explica- IX.
bimus. Rursum intellectum cū uoluntate coniun-
ctum uocant rationem. Nos neq; rationis neq; liberi ar-
bitrij uoce utemur, sed hominis partes nominabimus,
uim cognoscendi & uim obnoxiam adfectibus, hoc est
amori, odio, spei, metui & similibus. Hæc oportuit mo-
nere, quo facilius postea indicari possit legis ac gratiæ
discrimen, immo quo certius etiam cognosci possit, nū-
qua sit penes hominem libertas. Et in hac re mirum est
quam operose uersati sint tum ueteres tum noui. Nos si
quis hæc calumniabitur, libenter & fortiter tuebimur
nostra. Volui enim modo pingnissime delineare homi-
nem. Et uideor mihi, quantum omnino retulit, de homi-
nis partibus dixisse.

C O C H L A E V S.

Vtinam iam euoluta esset & hæc (ut superior)
huius pistrini rota, in qua euoluenda & tem-
pus terere & animi molestias ferre, per tot
errorum anfractus compellor. Sed curabo, ut aliquan-
to

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

- I. to breuius, quàm supra, curriculum inueniam.
- Affectata uim cognoscendi & uim quæ persequitur uel refugit
nouitas quæ cognouit. Quid facis autoritate Philippe? qua
Phil. scriptura duce? qua arte quoue ingenio? Quid sibi uult
affectata hæc nouitas tum diuisionis tum uocabulorū?
Quis præter te sic diuidit aut loquitur? Certe longe ali
ter ac multo etiã melius diuidunt atq; loquuntur, quos
contemnis, Philosophi, sed & Theologi tum ueteres
tum noui. Quin imo scripturæ quoq; aliter partes ho
Gen. 2. minis assignant & nominant. Ita enim ait Moyses. For
mauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, et
inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est
Psal. 83. homo in animam uiuentem. Et Dauid. Cor meū & ca
Matth. 10. ro mea exultauerunt in deum uiuum. Et Christus. Sed
coc. 26. potius timete eum, qui potest & animam & corpus
perdere in gehennam. Item. Spiritus quidē promptus
Roma. 8. est, caro autē infirma. Et Apostolus. Si Christus in uo
bis est, corpus quidem mortuū est propter peccatū,
spiritus uero uiuit propter iustificationem. Et iterum
paulo post. Si secundum carnem uixeritis, moriemini.
Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.
1. Cor. 7. Et alibi, Mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini
sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Ecce ubiq; in scri
pturis partes hominis assignantur corpus & anima,
scu caro & spiritus. Nusquam autem tuæ duarū uiri
um

RESPONSIO COCHLAEI.

um periphraſes, tam ſane ineptae, quam nouae & aſſe-
 ctae. Quod ſi forte ſpiritum, qui interior homo dicitur
 ſic diuidere uoluſti. Cur omiſiſti tertiam uim, quae me-
 morandi uis dici queat? An neſcis interiorem hominē
 factum eſſe ad imaginem & ſimilitudinem dei, atq;
 adeo totius trinitatis? Multo igitur rectius doctores no-
 ſtri tres uires animae commemorant, Intellectum, uo-
 luntatem, & memoriam, in quibus pulcherrime re-
 cet imago trinitatis, uti doctiſſime declarat Auguſti-
 nus in libris ſuis de Trinitate.

Au. de Tri.
 lib. 14. c. 8.

Deinde parum recte aut ingenioſe nouae diuiſionis
 tuae membra deſcribis. Vis cognoscendi (inquis) eſt,
 qua ſentimus aut intelligimus, ratiocinamur &c.
 Quid ſibi uult haec diſiunctio ſentimus aut intelligimus?
 An ignoras parum probari à Dialecticis deſcriptiones
 diſiunctiuas? Nonne & uis aſini eſt, qua ſentit aut intel-
 ligit? Sufficit enim in diſiunctiua alteram partem uerā
 eſſe. Quid igitur ſenſum, qui & brutis cum homine cō-
 munit eſt, cum intellectu confundis? At multo artificio
 ſuis deſcribunt animae uires philoſophi ac Theologi no-
 ſtri, quos tot iam ſeculis ſcholae ſequuntur, haec tua ma-
 gis irriſione quam reprehendiōe digna cenſentes. Nec
 ferent unquam te uel Damasceno uel Longobardo illi
 in ſcholis ſuccedere. Nam & reliquae huius tuae deſcri-
 ptionis particulae, partim ſuperfluae, partim diminutae
 ſunt. Nihil enim dicunt de ſimplicium apprehenſione
 nihil

II.
 Incepta deſ-
 criptio.

nihil de compositione & diuisione apprehensorū, sed solum de discursu rationis, qui unico uerbo sufficēter exprimitur, dū dicis ratiōamur, ut reliquæ duæ clausulæ merito dici queant superflue. Aut igitur cauti⁹ de cetero nouas adfero diuisiones descriptionesq; aut nobiscum antiquis contentus esto.

III.

Tertio ais. Vis ē qua adfectus oriuntur, est qua aut auersamur aut persequimur cognita. Egregia sanē partīs in diuisione assignatæ, descriptio. Inspice quæso mēbrum diuisionis, an nō tot habeat uerba, quot hęc eius descriptio. In diuisione enim dicis. Qua uel persequitur uel refugit quæ cognouit. In descriptione uero. Qua aut auersamur aut persequimur cognita. Est hoc describere membrum diuisum? Quid opus est definitione, si tot particulas habeat definitū, quot definitio. O igitur egregium nouitatis tuæ inuentum. Cur autem hic addis in definito, quod non addideras in membro diuisionis? Hic enim dicis. Vis ē qua adfectus oriuntur, At non ita dixisti in membro diuisionis. Ecce quā in-gemose doces, quando sic preposterè membrū diuisionis æque uerbosum ac prorsus idem facis cum definitione, aliud uero à definito. Quæ est hęc quæso Logica noua?

III.

Quarto ais. Hanc uim alias uoluntatem, alias adfectum, alias appetitum nominant. Tu autem Philippe quo eam dignaris uocabulo? Non est unum uocabulum.

Lotta

RESPONSIO COCHLAEI.

longa & disiunctua illa tua periphrasis. Cor, inquit = Cor.
 es, appello. At Cor in scripturis etiam uim cognoscen Psal. 13.
 di designat. Ait enim Dauid. Dixit insipiens in corde Psal. 32.
 suo, non est deus. Item cogitationes cordis eius in gene = Psal. 118.
 ratione & generationem. Item, ego autem in toto cor =
 scrutabor mandata tua. Et filius eius Salomon. Da = 3. Reg. 3.
 bis, inquit, mihi cor docile, ut populum tuum iudicare
 possim, & discernere inter bonum & malum. Et in Prouer. 6.
 prouerbijs. Cor machinans cogitationes pessimas. Quo
 igitur uocabulo tandem, si omnia nostra displicent ti =
 bi, uim illam, qua aut auersamur aut persequimur co =
 gnita, nominabis? Nos autem non confuse atq; indiffe =
 renter, uim illam uocamus (ut putas) appetitum, affe =
 ctum, aut uoluntatem. Non sumus bestiae, habemus di =
 scretionem. Discernimus enim inter sensum & intelle =
 ctum. Similiter inter appetitum sensitiuum & rationa =
 lem. Hunc homini proprium facimus, illum homini
 cum bestijs communem. Proprium ergo speciali uoca =
 bulo dicimus uoluntatem, & hanc cum affectibus ne =
 quaquam in unum idemq; confundimus. Aliud est enim
 uoluntas, aliud affectus aut animi passio seu perturbatio.
 Nemo hoc ignorat, nisi uos grammaticales Theologi.

Quinto ais, Non puto magnopere referre, hoc lo =
 co sensus separare ab intellectu, quem uocant, & ad =
 petitum sensuum ab adpetitu superiore. Et ego Philip =
 pe multo minus referre puto, si ommissa noua uestra

K gram =

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Nonagrammatica. grammatica, pro adfectu scribā affectum, & pro appetitu appetitum, secundum grammaticam consuetā, ac tot iam seculis usitatam. Nec miror, si apud te nihil referat, confundas an separes ab intellectu sensus, aut ab appetitu sensuum appetitum rationalem. Cum supra ostenderit, humanā rationem longe peiore apud te loco esse, quā cuiuslibet bestie sensum, imo quā insensatum lapidem ac truncum. Tibi enim ratio humana naturaliter impia est, necessario peccat, naturaliter deum prorsus ignorat, contemnit, & ut carnificem odit. Quod certe nullius bestie sensus faciūt, nulli trunci, nulli lapides.

VI. Sexto ais. Nos enim de superiore loquimur. Hoc est, non modo de eo, in quo fames, sitis, & similes brutorum adfectus sunt, sed de eo, in quo amor, odium, spes, metus &c. insunt, ipsi uoluntatem uocant. Si de superiore loqueris Philippe, cur inferiores, atq; adeo infimos quoq; commemoras? Certe nisi mendosus sit libertuus Chalcographi errore, uideris hic famem quoq; et sitim, superiori appetitui ascribere. Ais enim, non modo de eo &c. At consuetum est, Non modo ponere pro non solum, utcunq; tamen te ipsum exposueris, contra usum rationemq; hic loqui uideris. Nam famem & sitim, naturales utiq; appetitus, connumerat inter appetitus sensuum. Et amorem, odium, spem, metum, & similes adfectus attribuit appetitui superiori, tanquam

na

B. II.
RESPONSIO. COCHLAEL.

In Brutis non sint. Nemo certe haecenus famem sitim-
q; inter affectus, de quibus Lib. arbitrium laudatur Fames
aut ut superatur, posuit. Quia sunt irrationales, non au-
diunt rationem, sed sequuntur naturam. Nec sunt in no-
stra potestate, quia uelis, nolis, uenient tibi si non come-
das & bibas, quando exposcit natura. Quid ergo ma-
li meretur is, qui famem sitimue patitur? Nemo item

negauit, in brutis reperiri eos affectus, quos tu hic su-
periori appetitui ascribis. Amat namq; & canis non
modo catulos suos, sed & dominum suum, irascitur fu-
ribus & alienis, timet lupos, & se ualentiores canes,
odit feles, sperat frustum carnis è macello aut micas de
mensa domini sui, dolet percussus, tristatur de raptis
catulis obituq; domini sui. Quis autem omnes omnium

brutorum affectus facile recenseat? Quot enarrat Ari-
stoteles? quot Plinius? quot alij? Nomen & Delphinum
piscem nobiles authores Pedorasten dixere? Hic autè
8.9. & 10.
breuitatis gratia nobis de amore iraq; duo Vergilij in
Georgicis testimonia abunde fuerint satis. Sic ergo ait.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;
Et genus æquoreum, pecudes, pictaq; uolucres,
In furas ignemq; ruunt. Amor omnibus idem. Et
de ira apum sic inquit.

Illis ira modum supra est, læseq; uenenum
Morsibus inspirant, & spicula torta relinquunt
Affixa in ucnis, animasq; in uulnere ponunt.

Affectus ca-
num.

Virg. in Ge-
or. lib. 3.

Idè lib. 4.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

- VII. Septimo ais. Cognitio seruit uoluntati, ita liberum arbitrium nouo uocabulo uocant coniunctam uoluntatem cum cognitione seu consilio intellectus. Tu Philip=
 pe stultate meritate, nō nos, uocabula peruerteris & in=
 nouas. Quia enim auctoritate, cognitionem pro intelle=
 ctu aut ratione poni iubes? Nōne & per sensus cogni=
 tionem habemus? Ita sane ait Esaias in persona domi=
 ni. Cognouit bos possessorem suum, & asinus prese=
 pe domini sui. Israel autem me non cognouit. Et Hiere=
 mias. Miluus (inquit) in cœlo cognouit tempus suum,
 Populus autem meus non cognouit iudicium domini.
 Sed & tuipe paulo ante dixisti. Vis cognoscendi est
 qua semimus aut intelligimus. Non igitur iuste reij=
 cis hæc uocabula antiqua, intellectus, ratio, uoluntas,
 liberum arbitrium, cum non habeas meliora, licet sis
 literator neutiquam uulgaris, ineptæ sunt tuæ Peri=
 phrases, impropriatē uocabula.
- Lib. arbi. ue. Quis autem hanc impudentiam tuam ferat, qualib.
 tus uocabu= arbitrium nouum uocabulum dicis? Nolo hic antiquos
 lum. Ethnorum philosophos (quos mire contemnis) com=
 memorare, sed homines Christianos, ecclesiæ doctores
 tibi oppono antiquissimos, qui hoc uocabulo usi sunt.
- Dio, de di. Vfus profecto est eo B. Dionysius, discipulus Apосто=
 nomi. lib. 2. lorum, in pulcherrimo libro, de diuinis nominibus.
- Tertul. cō. Vfus eo Tertullianus, inter Latinos omnium quos habe
 Marcioli. 2 mus antiquissimus. Quod si fortiter uis (ut iactitas)
 tueri

LIB. II
RESPONSIO COCHLÆI.

tueri tua, huic saltem responde auctori super ijs, quæ de lib. arbitrio doctissime scripsit aduersus Martionē hereticum. Quis autem post istos uocabulum hoc rececit? Num Origenes? num Eusebius? num Ambrosius, Basilus, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, & id genus doctores reliqui? At si tua uis tueri, his omnibus respondeas necesse est. Omnes enim non modo uocabulosi sunt, sed & rem significatam fortiter asseruerunt. Nemo eorū dixit lib. arbitrium esse (ut uos dicitis) de solo titulo, inane scilicet sine re uocabulum. Ut autē tu sis etiā Luthero Onophagoq; tuo impudentior, reijcis & ipsum uocabulum, quod mendacio omnium impudentissimo dicis esse nouum.

Octauo ais. Nam perinde ut in Repub. Tyrannus, ita in homine uoluntas est. Et ut senatus tyranno obnoxius est, ita uoluntati cognitio & c. Quoniam nō uis esse Philippe unus ex nobis, non iuste uteris ipse nostro, quod reprobas uocabulo. Hic enim dicis, ipsi uoluntatem uocant. Et infra, Aristotelicum uocabulum uoluntatis. Cur ergo tu nō potius inepta tua circūlocutione, qua tibi usq; adeo places, uteris, quā uocabulo nostro? Cur deinde non uteris hoc uocabulo intellectus aut rationis potius quā cognitiōis (quæ sensuū quoq; est et brutorū) sicut uocabulo uolūtatis potius quā Periphrasi tua es usus? Quæ est ergo ista tua improbitas, reprehendere bona & antiqua uocabula, quibus ipse
K 3 quoq;

VIII.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

quoq; uteris, & meliora dare nescis? At omisso uocabulo negotio, uideamus quid hic uelis. Cur quaeso tyranno uoluntatem, senatus uero cognitionem assimilas? Nō putote aliud hic per cognitionem intelligere & significare, quā intellēctum & rationem humanam. Haec autem iuxta tuam sententiam plena est sonis pestibus, ignorans & contemptrix dei, incredula, deum ut carnificem odio habens. Quomodo igitur eam hic dicis bona mouere senatusq; assimilem esse? Disputa nunc tecum. Ego enim admitto rationem, quae uoluntati ad eligendum consilium praebet, senatus conferri & assimilari posse. At nego uoluntate simpliciter dictam, reſte assimilari Tyranno. Quid ita? quia uiolenter occupat rempub. Tyrannus, ac uiolenter imperat senatus. Voluntas autem naturaliter obtinet in regno animae dominium, & libere imperat, libere mouet reliquas animae uires. Non igitur iuste comparas uoluntatem tyranno, cui solum mala uoluntas quo ad aliquid assimilari debet, sicut bona uoluntas bono Regi. Voluntas autem simpliciter dicta, hoc est in anima, quod Rex in regno, Imperator in exercitu, Gubernator in nauis, Dictator aut Consul in repub. Vti pulcherrime docet ex Dionysio, Augustino, Gregorio, Niceno, Iohanne Damasceno & similibus. B. Thomas haud uno in loco per quaestiones non paucas, quarum una quaeq; melior ac eruditior est omnibus tuis Lutheriq; tui libris, quibus mihi

Disputate
cū Phil.

S. Tho. in
prima parte q. 82. Et
in prima 2.
q. 17. per totum.

RESPONSIO COCHLAEI:

mibi eo molestiores estis, quod respondendo uobis distrahor interim à iucundissima lectione illius uiri aliorumq; quos ille sequitur, optimorum auctororum.

Nono ais. Rursum intellectum cum uoluntate coniunctum uocant rationem, nos neq; rationis neq; lib. arbitrij uoce utemur, sed hominis partes nominabimus &c. Quare te ipsum bone Philippe toties mendacem prodis? quoties enim in posterioribus & rationis & lib. arbitrij uoce usus es? Et nos iam supra ostendimus etiam ex tuis dictis, uim cognoscēdi sensibus quoq; competere, non solum intellectui. Vis autem obnoxia affectibus, nec propria est homini, nec proprie uoluntas. Affectus enim sunt in sensitiuo appetitu, per quos caro concupiscit aduersus spiritum, & lex membrorum repugnat legi mentis, ut ait Apostolus, utinam tu super his rebus recte intelligendis cōsuleres potius, quàm contemneres diuum Thomam, quo nemo de passionibus (ut uulgo uocatur affectus & animi perturbationes) animē scripsit eruditius aut solidius, ne copiosius quidem, miratamen & ordinata breuitate per questionēs quinque & uiginti, in prima secunde. Quoniam uero huic auctorem tu non solum contemnis, sed & conuicijs calumnijsq; impie insectaris, pauca ex lo hame Damasceno proferā, ut uideas, quàm preposterè ac peruerse garris in isto libro tuo de rebus, quas minime intelligis, aut certe intelligere non uis, aut forsi-

IX.

Vis obnoxia affectibus. Gal. 5: Rō. 7. S. Tho. in prima. 2. q. 22. usq; ad 49.

K 4 tan

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Ioh. Damā tan maliciose te non intelligere fingis. Dirimuntur (in
 lib. 2. de or quit ille) anime potentie in rationalem & irratiōna=
 todoxa fi=
 de. c. 12. lem. Irrationalis autem partes sunt duæ, hæc quidem
 rationi non obediens, quia scilicet nō persuadetur ra=
 tione, illa uero rationi pareat, quia & ratione persuade=
 tur. Quæ autem non obedit rationi, & quæ non suade=
 tur, Vitalis est, quæ & Pulsatilis uocatur, & seminaria
 siue generatrix, augmentatiua & nutritiua & omni=
 no uegetatrix, cuius est corpora plasmare atq; effin=
 gere. Hæc enim nō ratione gubernatur sed natura. O=
 bediens autem rationi & suasibilis deducitur in con=
 cupiscendi irascendiq; particulam. Passim uero irra=
 tionalis pars anime, uocatur ea quæ perturbatiōi sub=
 iacet & quæ appetit. Et infra. Passionum autem affe=
 ctionumq; anime diffinitio est huiusmodi. Affectio sen=
 sualis motio est appetitiuæ uirtutis, ob imaginationem
 boni & mali. Et aliter. Affectio est irrationalis motus
 ob boni aut mali opinionem. Hæc Damascenus. Ex qui
 bus intelligere potes affectus ad irrationalē anime
 partē, id est, ad sensum pertinere. Cætera quæ subdis,
 nullius sunt momenti, ideo responsione non egent.

Eo. c. 22.

MELANCHTHON. TEX. III.

- I, Pertinet autem ad uim cognoscendi lex, id est, cog=
 gnitio faciendorum.
 II, Ad uim affectiuam uirtus peccatum.

Libræ

RESPONSIO COCHLAEI.

Libertas non dicitur proprie cadere in partem cognoscentem, uerum ea uoluntati obtemperans, huc aut illuc rapitur.

Est autem libertas, posse agere aut non agere, posse sic aut aliter agere.

Itaque in questionem uocatur, Sit ne libera uoluntas, & quatenus libera sit.

COCHLAEVS.

Mihi profecto admodum tedium & molestum est, ad tot nouitates, peruerso studio affectatas, animu intendere, praesertim cum nihil utilitatis, ueneni uero plurimum ubique praeseferant, longe enim utilius, quae nosse oportet, ex probatis authoribus addiscimus, qui & pie & constanter proprijs & usitatis uerbis docent. Tu siquid bene dicas aliquando, id syncerum esse non sinis. Aut enim sensum uerbaue immutas, aut impietatem aliquam per illud insinuas. Quanto planius certiusque de lege, de uirtute & peccato, deque libertate & gratia scripserunt doctores nostri, Augustinus Damasceus, Bernardus, & Thomas, Albertusque ac Bonauentura, quam tu facis, iuuenculus audax ac Theologus literalis & uxorius.

Ais hic primo. Pertinet autem ad uim cognoscendi lex, id est, cognitio faciendoru. At non dicis, ad quam uim cognoscendi, num ad sensum an ad intellectum. Deinde cum duplex sit cognitio intellectiua, contem-

K 5 platina

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

platiua scilicet & actiua, merito dixisses, ad utrâ per-
tineat lex. Rursus cū supra posueris cognitionem pro-
ui cognoscendi, dum diceres, cognitio seruit uolunta-
ti. Item uoluntati obnoxia est cognitio. Nunquid hic
codē modo accipis, quando dicis, lex. i. cognitio facien-
dorum? Postremo. Improprie dicis faciendorum, cū
potius dicendum fuerat agendorum. Ad actiua enim
uitam pertinet lex, at multum differunt inter se, scien-
tia cognitioq; contemplatiua, actiuaq; & factiua, id
quod te Græculum latere minime debuit, quia græce
magis liquet, cum alia sit ratio, ars, atq; notitia theori-
ca, alia practica, alia item poetica. Quanquam hic non
tam uocabula reprehendo quam studium innouandi,
dum sic iuuat te uanis nouitatibus animos adolescentiū
implicare, & per eas in errorem, dum noua delectant
à uera & antiqua traditōe abducere. Plinius certe ma-
gisq; proprie & distincte sic dixisses. Pertinet autem
ad rationem lex. i. præceptū agendorum aut fugien-
dorum. Nam principium humanorum actiuum est ra-
tio, eius enim est imperare & ad finem ordinare. Lex
autem est quædam regula & mensura (ut ait B. Tho-
mas) qua quis uel ad agendum inducitur, uel ab agendo
retrahitur. Est igitur lex aliquid ratiois. Sic Damascus
primo. Vis (inquit) contemplatiua est, quæ cōsiderat quo
pacto se habent entia. Actiua uero, quæ & consultati-
ua, quæ deffinit ac determinat agendis rationē rectā.

Sic

S. Tho. in
prima par-
te q. 90. ait
primo.
Iohannes
Damasc. lib.
2. ca. 27.

RESPONSIO COCHLAEI.

Sic Aristoteles circa finem Ethicorū. Patris (inquit) Ari. Ethic.
 præceptio uires non habet, neq; necessitatem, neq; ul- lib. x. c. fi.
 lius omnino unius uiri, nisi sit Rex aut aliquis talis. Lex
 autem uim habet cogentem, quæ quidem est sermo, ab
 aliqua prudentia atq; mente profectus. Sic Papinia= ff. de legib.
 nus, iuris consultus grauiissimus. Lex (inquit) est com- & sena. li. 1.
 mune præceptum, uirorum prudentum consultum, de
 lictorum quæ sponte uel ignorantia contrahuntur co-
 ertio, communis reipub: sponsio. Et ne hæc, uelut pro-
 phana & extranea reijcias. Ecce tibi uerba Pauli apo-
 stoli. Quid igitur (inquit) lex? propter transgressores Gal. 3
 posita est. Item, lex pædagogus noster fuit in Christo,
 seu (ut adnotant aliqui) in uel ad Christum. Item, si spi- 1. Timo. 1
 ritu ducimini, non estis sub lege. Et alibi, Scimus autem
 quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciētes hoc
 quia lex iusto non est posita, sed iniustis & nō subditis
 & c. Sed hæc prolixius forsitan, quàm oportuit.

Ais secundo, Ad uim affectuum pertinet uirtus, II.
 peccatū. At nos supra uim affectuum etiam in brutis
 esse ostendimus, quibus tamē neq; uirtus neq; peccatū
 inest. Quid ita? Quia neq; rationem neq; uoluntatem
 habent. Quam o ergo rectius dixisses, ad lib. arbitri-
 um pertinet uirtus, peccatum. Est enim uirtus qualitas
 mentis & peccatum agnoscit conscientia. Quid autem
 uult sibi tandem ista tua distinctio? Nam & lex respi-
 cit etiam uoluntatem, & uirtus rationem quoq;. Vo-
 lun

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Voluntas est sane que adimplet aut negligit legem. Et ratio est que uoluntati uirtutem peccatumq; ostendit, et inter ea discernit. Certe nō sufficit legem cognoscere, nisi uoluntas opus legis prosequatur. Finis enim legis moralis philosophiæ non est (iuxta sententiam Aristotelis) cognitio sed actio. Nam & Apostolus ait. Nō auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Non uideo itaq; ad quid opus sit hac tua nouitate.

Ari. i. Ethic.
Ro. 2

III.

Ais tertio. Libertas non dicitur proprie cadere in partem cognoscentem, uerum ea uoluntati obtemperans, huc aut illuc rapitur. Ita ne rapitur Philippe? Quis ei uiolentiam infert? Certe si recte legisses philosophos & ecclesiæ doctores, non ignorares, uoluntatem nō mouere intellectum aut rationem, nisi prius intellectus aut ratio mouerit ipsam, ostendendo ei quid appetat fugiatue. Et uulgatum est illud Ouidij. Ignoranti nulla cupido. Quomodo igitur rapitur huc aut illuc, que antequam ad aliquid executiue moueatur, uoluntatem ad illud obiectiue mouet? Non sunt inimice inter se uires istæ, nec separatae. Est enim in ratione uoluntas. Nec usquam est uoluntas proprie dicta, nisi ubi sit ratio aut intellectus. Cur igitur a parte cognoscente amoues libertatem? Nonne confessus es paulo superius lib. arbitrium uocari uoluntatem coniunctam cum cognitione? Cur autem ista libertas non est in brutis

Libertas est
in ratione.

tiis

B. II.
RESPONSIO CCOHLAEI.

tis, in quibus tamen reperitur uis affectuum? Nonne ideo dicitur carere uoluntate, quia carent & ratioe? Non est igitur amouenda libertas à ratioe, unde rationalis creatura habet ut libera sit. Non igitur sola uoluntas libera est, sed totus homo interior, ad imaginem dei factus, liber sui dicitur. Et in hoc maxime imago dei dicitur, quia liber sui est, uti pulcherrime declarant Tertullianus & Bernardus. Hic pauca ex Damasceno referre satis fuerit. In hominibus (inquit) rationis cōpōtibus, ducitur magis appetitus naturalis quàm ducit, libera enim potestate & cū ratione mouetur. Quoniã autem cōiunctæ sunt cognoscitiuæ & appetitiuæ uirtutes in eodem, libera igitur potestate appetit, & libere uult, & libere inquirat & considerat, & libere cōsultat, libere iudicat, libere amat, libere eligit, & libere mouetur, & libere agit in ijs, quæ secundum naturam sunt. Hæc ille. Quod si certius ista cupias intelligere, lege meo consilio B. Thomam, qui de lib. arbitrio scripsit nō uno in loco, breuiter quidem in prima parte, prolixè autem in scriptis & in summa de ueritate.

Ais quarto. Est autem libertas, posse agere aut non agere, posse sic aut aliter agere. Multiplex est Philippe libertas, tum in prophanis, tum in sacris literis ac legibus. Quantū uero ad rem satis est, pulcherrime distinguit tres libertates Bernardus in libro supra citato. Cum igitur (inquit) pro ut interim potuit occurrere nobis

Tertull. cō.
Marcionē
lib. 2
Damascē.
lib. 2. c. 22.

S. Tho. in
prima parte
q. 83. per
to. de ueri.
ma. 24. per
to.

III.
Bernard. de
gratia & li.
arbi.
Triplex li.
anima.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

nobis, triplex sit nobis proposita libertas, à peccato, à
 miseria, à necessitate. Hanc ultimoloco positam conu-
 lit nobis in conditione natura. In prima restauramur à
 gratia, media nobis reseruat in patria. Dicatur igitur
 prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia uitæ
 uel gloriæ. Prima namq; in liberam uoluntatem ac uo-
 luntariam libertatem conditi sumus, nobilis deo crea-
 tura. Secunda reformamur in innocentiam, noua in
 Christo creatura. Tertia sublimamur in gloriam, per-
 fecta in spiritu creatura. Prima ergo libertas habet
 multum honoris. Secunda plurimū etiam uirtutis. No-
 uissima cumulum iocunditatis. Ex prima quippe præ-
 stamus cæteris animantibus, In secunda carni, per ter-
 tiam mortem subijcimus. Vel certe, sicut in prima sub-
 iecit deus sub pedibus nostris oues & boues & pecora
 campi. Ita quoq; in secunda spirituales bestias huius
 aeris, de quibus dicitur. Ne tradas bestiis animas confi-
 tentes tibi, prosternit æque & conterit sub pedibus no-
 stris. In ultima tandem nos ipsos nobis plenius submissi-
 rus per uictoriam corruptionis & mortis, quando scia-
 licet nouissima destructur mors, & nos transibim-
 us in libertatem gloriæ filiorum dei, qua libertate
 Christus nos liberabit, cū utiq; tradet regnum deo &
 patri. Hæc ille. I nunc Philippe & nouitates tuas ine-
 ptas & impias dictis huius uiri superbe præfer, dum-
 modo eruditis quibuslibet probe constet, plus erudi-
 tionis solidæ præ se ferre illum una in pagella, quàm
 te in

Psal. 8.
 Psal. 73.

1. Cor. 15.

B. II.
peccato, &
litam conu-
Barramur à
Dicatur igitur
tertia uita
tem de no-
deo crea-
nem, nouim
oriam, pri-
oribus habet
vitiis. Non
ippe pre-
mi, per ser
prima sub
peccata
sistat inu-
num as con-
pedibon
ius subm
quandis
e trasgib
a libertate
meo &
sua me-
dion-
s et uia-
a, quon-
te III

RESPONSIO COCHLAEI.

te in toto tuo uolumine.

Ais quinto. Itaq; in questionem uocatur. Sit ne libera uoluntas, & quatenus libera sit. De responsione tua postea uidebimus, tu interim nostrā accipe responsionē. Libera est uoluntas nostra ab omni coactione. Sicut enim uolentū repugnat uoluntario, ita & coactio uoluntati. Quomodo enim quis cogatur, ut uelit quod nō uult; aut ut non uelit quod uult? Nō cogitur ergo à diuina prædestinatōe, nō à fato, non ab astris, nō ab angelis siue bonis siue malis, nō ab hoībus quamlibet potentibus, nō ab affectibus, nō à carne, nō deniq; à peccato aut morte, nec ulla re siue interna siue externa. Libera est ergo ab omni necessitate coactōis, uti supra satis (ni fallor) efficaciter & scripturis & rationibus ostensum est. Quæ si tibi nondū sufficiunt, lege & illa, quæ in 5. libro de ciuitate dei edisserit Augu. Ceterum à necessitate naturali, qua appetit summū bonū, id est, beatitudinem, non est uoluntas libera. Quia nō potest nō adque scire ultimo fini, sicut non potest intellectus nō as sentire primis principijs. Vide, si libet, quæ hac de re scripserunt, Thomas & Diony. Voluntas igitur naturaliter appetit bonum, malum enim præter uoluntatem est, secundum Dionysium. Ad hunc sane sensum, quod quicquid appetit uoluntas, sub ratione boni appetit, siue illud uere siue apparēter bonum sit. Nemo enim respiciens ad malum operatur. Hinc est quod beatitudine omnes una (ut ait August.) uoluntate appetūt.

Quia

v.
Quomodo
libera uo-
luntas.

Aug. de ci.
de lib. 5. c.
9. & 10.
S. Tho. in
prima par-
te q. 82.
Dio. de di.
nomibus
c. 4
Aug. de tri.
n. lib. 14.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

quia naturaliter omnes appetunt ultimum finem. Sed non omnes eadem eligunt media. Non enim naturaliter aut necessario, sed libere & uoluntarie appetimus atq; eligimus hæc uel illa media, quæ sunt actus humani. Libera est ergo uoluntas nostra ad agendum aut nõ agendũ. Ad agendum bene aut male. Ad cõsentiendũ aut nõ consentiendum in quoslibet actus humanos. Ad obediendum aut non obediendum, & uniuersaliter ad omnia, quæ in lib. arbitrium cadere possunt.

MELANCHTHON. TEX. III.

I. RESPON. Quandoquidem omnia quæ eueniunt, necessario iuxta diuinam prædestinationem eueniunt, nulla est uoluntatis nostræ libertas.

Paul. ad Roma. XI. Quoniã ex ipso & in ipso &c. Ad Ephe. i. Qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ.

III. Matt. 10. Nonne duo passeret asse ueneunt, & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Obsecro, quid hac sententia clarius dici potuit?

III. Prouer. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, imperium quoq; ad diem malum.

V. Et rursum 20. A domino diriguntur gressus uiri. Quis autem hominum potest intelligere uiam suam.

VI. Rursum 16. Cor hominis disponit uiam suam, dominus autem dirigit gressus eius.

Hic

RESPONSIO COCHLAEI.

Hiere. 10. Scio domine, quòd non est hominis uia eius VII.
nec uiri est ut dirigat gressus suos.

Præterea idē docent diuine historie. Gen. 15. Nec VIII.
dum completæ sunt iniquitates Amœrorum.

In secundo capite primi libri Regum. Et non audie IX.
runt uocē patris sui, quia uoluit dominus occidere eos.

Quid similis casui fortuito, quàm quod Saul abijt X.
quæsiturus asinas, & ungitur à Samuele, inaugurat-
turq; regno.

Rursum in primo Regnorum cap. 10. Abijt cū Sau XI.
le pars exercitus, quorum tetigerat corda deus.

In tertio Regnorum cap. 12. Non adqueiuit Rex po XII.
pulo. Quoniã auersatus fuerat cum dominus, ut susci-
taret uerbum suū, quod locutus fuerat in manu Abiæ
Sylonitæ ad Hieroboam filium Nabath.

Et quid aliud in nono capite & undecimo ad Roma XIII.
nos Paulus agit, quàm ut omnia quæ fiunt, in destina-
tionem diuinam referat?

Abhorret ab hac sententia iudicium carnis seu ra- XIV.
tionis humane. Contra amplectitur eam iudicium spi-
ritus.

Ncq; enim uel timorem dei, uel fiduciam in deum, cer XV.
tius aliunde disces, quàm ubi imbueris animum hac de
prædestinatione sententia.

An non eã ubiq; in prouerbijis inculcat Solomon? ut XVI.
alias timorem, alias fidem doceat.

An nō inculcat eam in eolibello, cui Ecclesiastæ ti- XVII.
tulus est.

L. Multiū

XVIII.

Multum enim omnino refert, ad præmendandam dandamq; humane rationis tum sapientiam, tum prudentiam constanter credere, quòd à deo fiant omnia.

XIX.

An non hoc uno loco efficacissime consolatur discipulos Christus, cum inquit. Omnes capilli capitis uestri numerati sunt.

C O C H L A E V S.

Generale
præiudiciũ
in Phil.

Quàm impia bestialis & blasphema sit ista tua conclusio Philippe, ex supra dictis satis manifeste liquet. Nò opus est igitur, ut à nouo eam hic reprobemus. Cæterum ad locos scripturarum, à te in sensum reprobum citatos, hic qua poterimus breuitate respondebimus. Ad quos sanè omnes generali præiudicio respondere licet. Neminem per tot secula ex omnibus Catholice Ecclesie doctoribus locos illos secundum sententiam tuam exposuisse. Alium igitur habeant sensum oportet. Non enim doctores ecclesie locos illos aut neglexerunt aut nescierunt. Non tu eos primus uidisti aut intellexisti. Quis autem tam stulti & iniqui sit iudicij, ut arbitretur, unum te uuenculũ ad huc & in poeticis grecanicisq; studijs à teneris annis semper, usq; ad erũpentem Lutheri furorẽ, uersatum, atq; adhuc hodie ex eiusmodi literarum professione uictum pro te domoq; tua queritantem, melius intelligere scripturas, quas tamen, cum literator sis, literaliter solum intelligis, intelligendasq; esse præcipis, quàm intellexerint eas tot authores ecclesiastici, qui ad eas tractandas, non illotis

LIB. II.
RESPONSIO COCHLAEI:

illotis, ut tu, pedibus manibusq; accesserunt, sed omni
 & dicendi & intelligendi exponendiq; arte instructi,
 uitae sanctimonia, castitate, abstinentia, humilitate, ac
 omni laudatissimarum uirtutum genere preparati, ac
 spiritus sancti in super gratia illustrati & adiuti, atq;
 ab Apostolis Apostolicisq; uiris germanum scripturae
 sensum uelut per manus à praeceptoribus accipientes,
 ad sacras literas interpretandas tandem cum timore
 dei (qui utiq; initium est sapientiae) mentem sic arte uir
 tuteq; ac gratia praeuinitam applicuerunt. Talibus ne Pro.
 igitur minus credatur, quàm tibi uxorato iuueni, è si-
 nu dilectae coniugis ad literalem Bibliam repente pro-
 filienti? Videamus ergo sigillatim, quàm blasphemè ad
 impietatem abutaris pietate diuina.

Primo ais. Paul. ad Roma. Quoniam ex ipso & in i:
 ipso &c. Non unum est hic Philippe peccatum tuum. Quoniam
 Allegas uiciose, intelligis sinistre, applicas indocte, ex ipso &
 breuiter calumniose Paulo impiam sententiam, de in ipso.
 qua nunquam cogitauit, ascribis. Verba igitur Pauli
 sunt haec. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso
 sunt omnia. Tu mediam particulam, & per ipsum, omit-
 tis, nescio qua de causa, cum pro sua breuitate facillime
 potuerit adnotari, forsitan parum tibi est hic Mani-
 chaei posthumum agere, nisi & Arriane uiperæ sobo-
 lem renoues. Quandoquidem & magistrum tuum ma-
 le uexat catholicum illud uocabulum, contra Arria-
 nos primo receptum, Homousion. Paulus hic, uti Ori-

L 2 genes,

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

genes, Athanasius, Ambrosius, Augustinus, & reliqui
 expositores intelligunt, mysterium trinitatis ostendit.
 Tu medie personæ symbolum, tanquam creatura, nõ
 creator aut deus sit Christus, in gratiam forte Arria-
 norum & magistri tui omittis. Non tamen asseuera-
 uerim, ea de causate illud omisisse, licet iustis coniectu-
 ris id suspicari liceat. Certe non potuisset Paulus neq;
 breuius neq; planius unitatem essentia, ac trinitatem
 personarum explicare. Nam Ex, Per, In, præpositio-
 nes, distinctionem personarum indicant. Ipse uero, idẽ
 pronomem ter positum, identitatem substantiæ in tri-
 bus personis denotat. Cur tu igitur Christi notulã a deo
 breuem omisisti? Sed age ut libet. Nos eã certe, etiam si
 totus mundus à nouo Arrianus fieret, nunquam abne-
 gabimus. Ita enim & alibi ait Paulus. Vnus dominus Ie-
 sus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et Io-
 hannes in euangelio. Omnia, inquit, per ipsum facta
 sunt. Non recte igitur omittis tam breuem necessariãq;
 ad integrum sensum particulam. Deinde, non recte my-
 sterium trinitatis retorques contra lib. arbitrium ho-
 minis, in quo præcipue homo ad imaginem dei trinita-
 tisq; factus est. Nam & ipsum ex deo habemus. Rur-
 sus, non recte intelligis per hoc signum uniuersale Om-
 nia, cuncta opera nostra, quorum plerãq; sunt ma-
 la. Omnia autem que ex deo sunt, bona sunt. Deniq;
 cum tu dicas omnia opera hominum, etiam sanctorum
 licet optime facta, esse peccata, ingens esset blasphe-
 mia

1. Cor. 8

Ioh. 1

LIB. II.
RESPONSIO COCHLÆI.

nia dicere, ex deo, aut per deum, aut in deo esse peccata. Sed & supra hanc tuam allegationem nonnihil respondimus.

Secundo ais. Ad Eph. 1. Qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ. Sequitur ne hinc Philippe, hominem lib. arbitrij non esse? Consilium uoluntatis:
O doctas & effaces consequentias & probationes, quibus tam belle quodlibet ex quolibet inferis & demonstras. An non potius contrarium sententiæ tuæ inferre hinc nobis liceat? Si enim deus operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ. Homo autem ad imaginem & similitudinem dei factus est. Decet igitur & hominem operari secundum consilium suæ uoluntatis, potius quàm temere secundum casum, aut secundum carnis concupiscentiam, aut secundum affectuum incitationem. Non enim secundum ista, sed secundum rationem & uoluntatem homo ad imaginem dei factus est. Quid est autem lib. arbitrium, nisi consilium uoluntatis, hoc est, ratio coniuncta uoluntati? Nonne uides iam Philippe hanc allegationem magis nostræ quàm tuæ astipulari sententiæ? Locus iste contrarius Phil.
Non enim tollit consilium dei lib. arbitrium nostrum, sed magis confirmat, neq; hic disputamus de operibus dei, sed de actibus humanis, num fiant necessario, an potius uoluntarie per lib. arbitrium. Quid tu igitur blasphemæ cum operibus dei, quæ mala esse non possunt, confundis hic opera humana, quæ tu semper uis esse peccata? Certe longe alia est ratio operû dei, quàm

L 3 hominû

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

hominum. Et longe aliter se habent opera bona fidelium & iustorum, quam opera mala infidelium & peccatorum. Quamuis enim utraq; fiant per lib. arbitrium (alioquin nec meritum esset nec culpa, nec merces redderetur, nec poena nostris actibus, nisi per liberam uoluntatem fierent) tamen malis non cooperatur deus sicut bonis. De quibus in fine ait Marcus. Illi autem profeti predicauerunt ubiq; domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. De malis autem ait hic Apostolus paulo inferius. In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrae, facientes uoluntatem carnis & cogitationum. Quis autem haec, nisi blasphemus & impius referat in deum, qui operatur omnia secundum consilium uoluntatis suae, non secundum uoluntatem carnis nostrae? Hic ergo locus Pauli aut imperitians aut potius contrarius est sententiae tuae.

Matr. 16

Ephc. 2

III.

Passerculus
uxoris Phi.

Tertio ais. Mat. 10. Nonne duo passeres asse ueniunt, & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. An uero hinc sequitur Philippe, omnia necessario conuenire, & nullam esse libertatem uoluntatis nostrae? Non certe magis, quam te passerem esse. Non cadit passer super terram sine patre caelesti, qui nihil ignorat, & sub cuius providentia sunt omnia. Nec tu cades in sinum adulterae sine illo, licet id faceres sine uxore. Non enim ignorat deus ignorante uxore. Sed aliter tu, aliter cadit passer. Tu per lib. arbitrium, ille lib. arbitrio

LIB. II.
RESPONSIO COCHLAEI.

bitrio caret. Tu ad querendam carnis uoluptatem, ille ad escam sibi petendam. Tu incurris culpam, ille à culpa & peccato immunis est. Neutrum tamen euenit necessario. Potes enim non adulterari, potest & passer non cadere. Si tamen sit, dei prouidentiam non latet. Vide hic, sibi libet, expositiones Hieronymi & Chrysostomi. Vterq; profecto in prouidentiam dei hæc uerba refert. De libero autem hominis arbitrio ne unum quidem uerbum hic habent. Quod situ Hieronymi prudentissimi senis consilium, quod hic ponit, audires, non rueres adeo præceptis ad omnem impietatem. Consulit enim ille, ut non tuo sensui attemperes scripturas, sed scripturis iungas sensum tuum. Supra quoq; non nihil ad hunc locum respondimus. Quod autem propter dei prouidentiam tolli non debeat lib. arbitrium efficacissimis rationibus & scripturis probant ferè omnes doctores nostri, cum ueteres tum noui. Et contra, quod non oporteat, propter lib. arbitrium asserendum, negare dei prouidentiam, pulcherrime contra Ciceronem probat B. Augustinus in quinto, de ciuitate dei.

Quarto ais. Prouer. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impium quoq; ad diem malum. An & hic Philippe Manichæum nobis insinuas, tanquam natura (quam à deo creatore accepimus) impij simus, quia impium creauerit deus ad diem malum. Absit à nobis error iste. Nam quicquid deus creat bonum est, non impium. Quod autem Esaias ait, faciens

Consilium Hierony.

Aug. de ciui. lib. 5. c. 9

III.

Deus creas malum.

Esa. 45.

L 4 pacem

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

pacem, & creans malum. Hoc utiq; de malo pœnæ, nō
de malo culpæ intelligi debet. Sed uideamus, num ex
hoc loco probes recte, omnia euenire necessario nul-
lumq; esse nobis lib. arbitrium. Vniuersa propter se-
metipsum operatus est dominus. Quis neget? Ait e-
nim in Apoca. Iohannis. Ego sum Alpha & O, prin-
cipium & finis. Est enim deus & principiū effectiū,
& finis ultimus omnium rerum. Rerum inquam, id est
creaturarum, non quorumlibet actuum humanorum.
Actus enim mali à lib. arbitrio sunt, non ex deo. Aut
igitur confitere lib. arbitrium, aut barbara impietate
fac deum causam peccati aut culpæ. Quod si recte cō-
sideres hanc uocem, impium lib. arbitrium fatearis o-
portet. Nihil enim impium est, quod lib. arbitrio caret.
Ergo & hic locus plus nobis quàm tibi opitulatur.
Quod ut manifestius fiat, adferam expositionem, quæ
ab alijs Hieronymo, ab alijs Bedæ ascribitur, recita-
turq; etiam in Glossa ordinaria. Nulla, inquit, fuit do-
mino causa, creaturam uisibilem uel inuisibilem faci-
endi, nisi uoluntas sua, ut suam uidelicet bonitatem rā-
tionabili creaturæ, quam perpetuo beatam faceret, o-
stenderet. Eum quoq; , qui bonum conditionis propria
sponte deseruit, id est, Diabolum cum suis sequacibus,
iusta seueritate damnauit. Hæc ibi. Vides ergo Diabo-
lum & omnes impios, conditione quidem & natura
bonos fuisse factos à deo, sed sua sponte impios factos,
dum bonum conditionis propria sponte deseruerant.

Quinto

RESPONSIO COCHLAEI.

Quinto ais. Et rursus Prouer. 20. A domino dirigi- V.
 guntur gressus uiri. Quis autem hominum potest intel A domino
 ligere uiam suam? Commentarius certe hic bis mentio diriguntur
 nem facit lib. arbitrij. Admonet autem (sicut admonet gressus uiri
 contra Pelagianos omnes Catholici) ut rectum iter ho-
 minis non lib. arbitrio, sed gratiæ dei acceptum fera-
 mus. Gressus ergo nostri, si boni sunt, utiq; à domino
 diriguntur, non quidem coacte aut uolenter, sed sua-
 uiter & libere. Itaq; non excludit dominus aut gratia
 deilib. arbitrium, sed ipsum dirigit & adiuuat. Si au-
 tem gressus nostri mali sunt, nequaquam à domino di-
 riguntur, sed à libero procedunt arbitrio. Iuxta illud
 Oseæ. Perditio tua Israel, tantummodo in me auxiliū
 tuum. Nonne uides iam Philippe, si tollas lib. arbitri- Oseæ. 13.
 um, non esse perditionem nostrā seu ex nobis, sed ma-
 los gressus nostros impie in deum referri?

Sexto ais. Rursum 16. Cor hominis disponit uiam VI.
 suam, dominus autem dirigit gressus eius. Vide bone Prouer. 16.
 Philippe quā indiga & confusa sit ista tua mendici-
 tas allegationum. Nam ut multos adnumeres calculos
 duobus locis unius capituli unum alterius cap. locum
 interposuisti, qui tamen iisdem propemodum uerbis
 utitur. Nouerunt sane et pueri eodem sensu dici. A do-
 mino diriguntur gressus uiri, Et dominus dirigit gres-
 sus eius. Tu tamen, ut diues uideare allegatōibus, ma- Saltat & re
 luisti saltare et resaltare à capite in caput, quā rectū saltat Phi.
 tenere ordinem. Cum tamen resaltando, nihil pro te

L 5 affe

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

afferat noui, immo cum sensulo repetito uirgam in te ipsum oportas. Quomodo enim cor hominis disponat uiam suam, si lib. arbitrium non habeat? Nunquid usquam legisti cor asini disponere uiam suam? Quod autem dominus dirigit gressus hominis, non tollit, sed adiuuat lib. arbitrium, uti supra iam responsum est. Te igitur non pudeat tandem, tam inopi & imprudenti allegationum commendatione, contra omnes omnium seculorum philosophos & Theologos, atq; adeo non solum contra totam ecclesiam, sed & contra uniuersum genus humanum, usq; adeo superbe proteruire, ut optes quoq; contingere tibi aduersarium? Quot tamen loca scripturarum, confusa & anxia illa conquisitione tua corrasisti? num centum aut quinquaginta? ne uiginti quidem. At si opuseffet, non puto cuiquam nostrum difficile fore, etiam uiginti milia eiusmodi commendatorum suffragiorum è sylua scripturarum pro lib. arbitrio asserendo asserre.

VII.

Gressus
uiri.

Psal. 5. et. 7

Septimo ais. Hierc. 10. Scio domine, quod non est hominis uia eius, nec uiri est, ut dirigit gressus suos. Quid hic habes noui Philippe? De gressibus enim uiri iam bis responsum est. Vis ne ut tertium quoq; respondeamus: faciam equidem, sed ne redeas postea numerosior. Ipse aliquot loca eiusdem farinae, ex uno (quantus enim numerus ex tota Biblia colligi possit?) Psalmorum libro prae mittam, ut omnibus una responsio aptetur. Ait igitur Psal. Dirige in conspectu tuo uiam meam.

B. II.
RESPONSIO COCHLAEI.

meam. Item. Dirige iustū. Item. Dirige me in uerita= Psal. 34. 26
te tua. Item. Dirige me in semita recta. Item. Apud do= Psal. 36. 39
minum gressus hominis dirigentur. Item. Et direxit
gressus meos. Sed quid opus est recitare omnia? Quin
potius ad omnia simul unum demus responsum. Audi
igitur breue responsum. Loca ista non auferunt, sed
confirmant lib. arbitrium nostrum. In tota enim scri-
ptura non reperies, credo, gressus asinorum, equorū,
canum, aut quorumcunq; brutorum lib. arbitrium nō
habentium. Nec facile ostendes, ubi brutorum gressus
uiasue aut semitas dirigat dominus. Cur ita? Quia non
habent lib. arbitrium, per quod à uia recta in dextram
aut sinistram, sicut homines, declinare possint. Sufficit
ergo brutis natura sua. Homini autem, cuius natura ex
A. de preuaricatione uulnerata est, non sufficiunt ad i-
ter rectum uires propriae (quod falso putauerant Pe-
lagiani) sed opus est ei speciali adiutorio gratiae diuinæ.
Non enim recta erit uia hominis, nisi dominus cum di-
rigat. At si non haberet homolib. arbitrium, quo & bo-
nam & malam uiam eligere possit, non tam ingredi
quàm ferri diceretur, nec magis quàm brutum à deo
dirigi diceretur. Nisi enim puer ambulare queat, non
dirigitur in uia, sed fertur in ulnis. Quoties autem ho-
moin scripturis dicitur ingredi & ambulare? Habet
ergo lib. arbitrium, quo malam quidem uiam per sese
ingreditur, per bonam uero non potest ambulare, nisi
à domino gressus eius dirigantur. Dicitur tamē utraq;
uia

ij dirigunt,
quolib. arb.
habent.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Psal. 1 uia hominis. Scriptum est enim. Quoniam nouit do-
Prouer. 4. minus uiam iustorum, & iter impiorum peribit. Item.
Psal. 118. Via impiorum tenebrosa. Via iustorum sine offendiculo.
 Atq; ut apertissime uideas etiam lib. arbitrium, quo
 uiam eligimus, ad uiam nostram pertinere, ait Dauid.

Hiere. 10 Viam ueritatis elegi. Quando igitur ait Hieremias. Non
 est hominis uia eius, sensus est, Homo sine gratia dei ui-
 am rectam ingredi aut perficere nequit, quia lib. arbitri-
 um non sufficit. Ceterum uia hominis mala, tota
 est ipsius per lib. arbitrium. Quomodo autem non cru-
 bescis Philippe, duo scripturae loca, sonoliter aru con-
 traria, absq; omni annotatione aut admonitione, ad
 eandem sententiam citare, atq; adeo proxime quoq;
 sibi inuicem coniungere? Si enim Cor hominis disponit
 uiam suam, quomodo mox subdis, quod non est homi-
 nis uia eius? Nonne in eodem Prouerbiorum capite sic
 quoq; dicitur. Hominis est animam preparare? Quid
 tu ad ista, qui lib. arbitrium negas, respondeas? Nos au-
 tem iam respondimus.

VII. Octauo ais. Praeterea idem docent diuinae historiae.
Gene. 15. Necdum completae sunt iniquitates Amor-
 reorum. Quis ergo eas complebit Philippe? Nunquid
 deus aut diuina praedestinatio? Ad hoc certe allegasse
 uideris, sed huic blasphemiae iam responsum est supra
 persepe, & tota ei repugnat scriptura. Hic ex uo
Psal. 5. psalmo dixisse sufficiat. Quoniam non deus uolens ini-
 quitatem tuas. Odisti omnes qui operantur iniquitate.

Tolle

RESPONSIO CCOHLAEL.

Tolle igitur (ut facis) lib. arbitrium ab Amorreis, & non habebis causam, in quam iniquitates eorū referas, nisi in diuinæ prædestinationis necessitatem, ut ais. Cū uero hoc maxime blasphemum sit & barbarū, quid restat, nisi ut errorem tuum agnoscas, ac temerariam linguam corrigas?

Nono ais. In secundo capite primilibri Regum. Et ^{IX.} non audierunt uocem patris sui, quia uoluit dominus ^{Voluit do-} occidere eos. Cur autem uoluit occidere eos dominus? ^{minus occi-} Certe si iustus est dominus, si iustitiam diligit, si æqui- ^{dere eos,} tatem uidit uultus eius, non occidit aliquem sine causa. ^{Psal. 10} Si autem filij Hei necessario peccauerunt, absq; lib. arbitrio, ex necessitate diuinæ (ut tua sonat conclusio) prædestinationis, quā ob causam obsecro uoluit eos occidere dominus? An non uides, quā iniquum factat deum, peccatoresq; innocentes blasphema conclusio tua? Sed & hic ad cumulum impietatis adijcis, quod nō habuerint lib. arbitrium ad audiendam uocem patris sui, ex eo, quia dominus eos uoluerit occidere. Voluit ergo dominus peccatum nō audientium? Quomodo autem peccatum, ubi non est libera uoluntas hominis, sed prædestinationis necessitas deiq; uoluntas? Voluit ne igitur dominus illos absq; ipsorum culpa occidere? Absit. Quia ait dominus per Prophetam. Nūc ^{Ezech. 18} quid uoluntatis meæ est mors impij? Et quare morimini domus Israel, quia nolo mortem morientis. Reuertimini & uiuite. Et sapiens. Deus, inquit, mortem ^{Sap. 1}

non

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

non fecit, nec letatur in perditione uiuorum. Impij autem manibus & uerbis accersierunt illā. Quomodo igitur filios Heli uoluit dominus occidere? Multifariam profecto de uoluntate dei loquitur scriptura, uti copiose ac pulchre declarant in primo libro sententiarum. Magister quidem per aliquot Distinctiones. Doctores uero per multas & prolixas questiones, quae paucis nequeunt referri. Satis itaq; fuerit breuiter hic dicere cum Nicolao de Lyra. Quod deus non uult peccatoris mortem per se, sed per se uult iustitiam suam, sicut & bonitatem, ad quam sequitur punitio peccatoris, aut quando per mortem corporalem, aut quando etiā per mortem gehennae. Quod si ista non acceptas, uide ea, quae Origenes, Ambrosius, Athanasius, & id genus alij scribunt super nonum caput Epistolae Pauli ad Ro. aut quae pulcherrime ad Monimum primo libro scribit Fulgentius.

X. Decimo ais. Quid similius casui fortuito, quam quod Saul abiit quae siturus a sinas, & ungitur à Samuele, inauguraturq; regno? Quid tum postea Philippe? Non mirum est, si illud casuale at fortuitū uisum fuerit Sauli, cum ei praeter intentionem acciderit, nihil tale cogitanti, dum abiret. Licet casuale non fuerit apud deum, cuius intentionem prouidentiamq; minime latebat, uti pulchre declarat B. Thomas in prima parte. Sed quid haec ad conclusionem tuam, qua tollis lib. arbitrium, aisq; omnia cucurire necessario? An non sponte abiit

SAN

Lib. 1. sententiarum dist.
45. &c.
1. Reg. 2

Fulgentius
Apher. Epi
scopus.

X.
1. Reg. 9
Aliquid ca
suale homi
ni non deo

S. Tho. in
prima par.
q. 22. ar. 2.

RESPONSIO COCHLAEI:

Said, ut asinas quæreret? Et modo istud providerat deus. Sed discite literator, uel ex Boetio, uel ex B. Thoma, Boetius de providentiam prædestinationemq; ac uoluntatem dei consolatione non inferre rebus contingentibus necessitatem. Pertinens phi. lib. 4. net enim ad diuinam providentiam perfectio uniuersi, & 5. que profecto nõ esset, si non omnes gradus essendi inuenirentur in rebus. Cum ergo aliud sit gradus essendi necessario, aliud contingenter, recte ac sapienter præparauit deus rebus causas, alijs quidem necessarias, alijs uero contingentes. Manet nihilofecius certissima eius providentia.

Vndecimo ais. Rursus in primo Regnorum ca. 10. XI. Abijt cum Saule pars exercitus, quorũ tetigerat corda deus. Quid ergo? Abijt ne pars illa necessario cum Saule, amisso per inspirationem dei lib. arbitrio? Absit. Non enim per dei inspirationem tollitur lib. arbitriũ. Alioquin neq; Christus, neq; mater eius, neq; Apostoli & Prophetæ habuissent lib. arbitrium. Immo uero certissimum testimonium lib. arbitrij est eiusmodi inspiratio. Non enim bobus aut ouibus eiusmodi fit inspiratio. Nisi forte obijcias nobis loquentem Asinam Balam. At edidit illa sine mente sonos, Nec legitur diuinitus inspirata, sed dominus aperuit os eius, ut miraculose loqueretur. Vbi autem legisti, deum tetigisse corda canum aut asinorum, aut cuiuslibet bestie. lib. arbitrium non habentis? Est igitur & hic locus contra te, pro nobis.

Dico

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

XII. Duodecimo ais. In tertio regnorum capi. 12. Non
 Non regno acq̄uieuit Rex populo, quoniam auersatus fuerat eum
 r̄ū sed Re= dominus, ut suscitaret uerbū suum, quod locutus fue=
 gum libri. rat in manu Abiæ Sylonitæ, ad Hieroboam filium Na=
 bath. Et hic Philippe improbus ac temerarius uideris
 uerborum innouator, quando absq̄; necessitate & sine
 Hiero. in gauratione, non modo contra usum, sed & contra Hiero
 leato prin. nym præceptum, Regnorū dicis. Cum & nos omnes
 & Iudæi quoq̄; dicant Regum. Non enim multarum
 gentium regna, sed unius Israelitici populi Regum ge=
 staliber iste describit, unicus quidem apud Iudæos, in
 duos autem diuisus à nostris. Tu tamē, ut maior sit tua
 petulantia, etiam primum librum (qui à Iudæis Samu=
 el, à nostris Regum primus inscribitur) regnorum ti=
 tulo commaculas, cum & Iudæorum regnum ibi ubiq̄;
 sit unicum & indiuisum. Sed hæc ad rem forsitan haud
 ita multum faciunt. Quòd autem Roboam Rex popu=
 lo non adq̄uieuit, signum est minime obscurum, eū lib.
 3. Reg. 12. arbitrium habuisse. Vbi enim legisti, quod bestia ulla
 populo, aut cuiuscunq̄; momenti acquieuerit? Quis enim
 dicitur acquiescere, nisi qui consentiendi aut dissentien=
 di lib. arbitrium habet? At auersatus, inquires, fuerat
 eum dominus. Scimus Philippe, sed auersans dominus,
 non lib. arbitrium, sed gratiam donumq̄; consilij sapi=
 entiaq̄; ab illo abstulit. Idq̄; iustissime, tū propter ipsi=
 us tum propter patris eius iniquitates. Sed & supra
 huic locore spondimus.

Tre-

RESPONSIO COCHLAEI.

Tredesimo ais. Et quid aliud in nono capite & 11. XIII.
 ad Romanos Paulus ait, quàm ut omnia quæ sunt, in Sagax canis
 destinationem diuinam referat? O canem sagacem, qui Phil.
 monstruosam conclusionis suæ beluam solus in Paulo tã
 emunctis naribus olfecit & apprehendit. Omnes au=
 tem Doctores Catholici, adeo mucosis naribus fuere,
 ut quamuis centies miliesue hanc Syluã percurrerint,
 beluam tamen istam minime sunt odorati. Sed reuera
 non est in Paulo belua ista, neq; hic neq; alibi, sed lallan
 ti & temere latranti isti catulo Lutherino male ita ui=
 detur. Nam quàm inepte ad istam suam beluam tra=
 hat uerba. 11. cap. supra ostendimus. Sunt quidem in no
 no capite aliquot uerba duriora, sed mollificat ea do=
 ctorum pia & recta expositio. Sunt nihilominus utro=
 biq; certissima contra beluam istam testimonia. Quod Ro. 9.
 enim non eueniant omnia necessario, ostendit Aposto=
 lus ex uerbis dei per Osee prophetam. Vocabo, in=
 quit, non plebem meam, plebem meam, & non dile=
 ctam, dilectam, & non misericordiam consecutam mi=
 sericordiam consecutam. Et erit in loco, ubi dictum est
 eis, non plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. Et
 paulo post, in decimo cap. fratres, inquit, uoluntas qui=
 dem cordis mei, & obsecratio ad deum fit pro illis in
 salutem. At si omnia necessario euenirent, frustra uel=
 let, frustra obsecraret pro incredulis Iudæis Paulus,
 de quibus in persona dei dicit. Tota die expandi ma=
 nus meas ad populum non credentem, sed contradicen

Osee. 2
 Ro. 9.
 Ro. 10.

M tem

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Ro. II.

tem mihi. Quis iam non uidet, nulli ad salutem uiam claudi necessitate (ut ais) diuinae praedestinationis? Quod autem lib. arbitrium habeamus, flexibile in bonum & in malum, manifestissime docet Paulus in ca. u. Ait enim, si quo modo ad emulandum prouocem carnem meam, hoc est Iudeos. Quomodo autem prouocaret ad emulandum, si lib. arbitrium non haberet? Item. Tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate inserentur. Potens est enim deus iterum inserere illos. Quid uis amplius Philippe? An adhuc calumniaberis Paulum, tanquam omnia quae sunt, in diuinam destinationem referat? At dicet tibi. Noli altum sapere, sed time, & sta in fide. Absit, ut omnia in destinationem diuinam referam. Nam sunt plurima ab hominum lib. arbitrio mala, quae deus neque uult neque destinat. Qualia nunc per quadriennium a te magistroque tuo & uestris coplicibus fiunt & facta sunt innumera, quae non nisi nefandissima blasphemia in diuinam destinationem referri possunt. Non enim deus, sed lib. arbitrium uestrum tot malorum causa est.

XIII.

Decimo quarto ais. Abhorret ab hac sententia iudicium carnis, seuerationis humane. Contra amplectitur

ca. 118

RESPONSIO COCHLAEI.

Eam iudicium spiritus. At cuius spiritus? Non profecto Spiritus
 alterius, quàm illius, de quo Christus ait. Cum loquitur mendax.
 mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est & Ioh. 8
 pater eius. Quando itaq; ait dominus. Quis decipiet 3. Reg. 14.
 Germaniæ populos, ut in dubium venocent Hussiticos
 errores? Mox egressus est spiritus ille, & stetit coram
 domino, & ait. Ego decipiam illos. Cui loquutus est do-
 minus. In quo? Et ille ait. Egrediar, & ero spiritus mē-
 dax in ore omnium Luthericorum poetarum, qui fu-
 ero allegationum exercebunt oculos mentis omnium
 sciolorum. Sed longe aliud est iudicium spiritus sancti,
 quod per ora Prophetarum, Apostolorum, marty-
 rum, omniūq; sanctorū (ut supra ostendimus) de lib-
 arbitrio manifestatū est nobis. Quis enim adeo sit im-
 pudens, ut dicat iudicium tuū spiritus sancti esse (quod
 impar tamen impudentissime sibi arrogavit uesanus
 magister tuus) iudicium autem Hieremie, Pauli, Pe-
 tri, Dionysij, Basilij, Ambrosij, Chrysostomi, Augusti-
 ni, & id genus sanctorum dei, fuisse iudicium carnis?

Decimoquinto ais. Neq; enim uel timorem dei, uel
 fiduciam in deum, certius aliunde disces, quàm ubi im-
 bueris animum hac de prædestinatione sententia. Hoc
 certe plus quàm poeticum est mendacium. Vbi enim
 sic contra deū & omnem rationem mentiti sunt Poe-
 tæ. Non est enim uia alia, quàm sententia ista tua, com-
 pendiosior ad infernum atq; ad abijciendum omnem
 timorem ac spem in deum. Quid enim timeat, qui ne-

M 2 cessario

XV.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

cessario saluabitur. Aut quid speret, qui necessario dā-
nabitur? Immo, si uera essent dicta tua, nihil timeret
aut speraret tam iustus quā inustus. Quid ita? quia
necessario peccant (ut ais) omnes in omnibus operibus
suis quantumcunq; etiam bonis. Iam quod necessario
fit, à culpā liberum est, cur ergo timeatur? Cūq; omne
opus bonum sit peccatum, quid speretur?

XVI.

Decimo sexto ais. An non eam ubiq; in prouerbij
inculcat Solomon? ut alias timorem, alias fidem doce-
at. Si ubiq;? Cur tu tam pauca loca, quæ tamen reuera
sententiam tuam plus impugnant quā promouent,
pro ea inde adduxisti? Mihi profecto (qui minimus
sum) adiuuante deo difficile non fuerit, ex prouerbij,
si opus sit, uno die supra centum loca contra sententi-
am tuam producere. Docet quidem Salomō timorem
domini fidemq;. At nusquam dicit, omnia euenire ne-
cessario, nusquā, carere homines lib. arbitrio, nusquā,
cor nostrum in nostra potestate non esse, nusquam, ni-
hil esse in homine quod affectibus resistere queat. Hæc
et id genus plurima impietatis problemata, tua sunt
Philippæ, nō Salomonis. Quem tu affectata rursus in-

Salomō re nouatione Solomonem scribis, contra tot seculorum
Eius quam usum receptissimum. Cū eiusmodi inuouationem neq;
Solomon ratio, neq; Hebraica lingua desyderet. Scheua enim
scribitur. Hebraicum frequentissime in a nostrum transfertur,
ut in Hierusalē, in Samuel, in Samaria, in Saraia &c.
Si ergo rectius dicimus Samuel quā Somuel. Cur nō
rectius

RESPONSIO COCHLAEI.

rectius quoq; dicamus Salomon quàm Solomon?

Decimo septimo ais. An non inculcat eam in eolibel= **XVII.**
 lo, cui Ecclesiastæ titulus est? Quomodo igitur non ui-
 dit eam sententiam ne semel quidem diuus Hierony-
 mus, quando tam eruditum ac elaboratum scripsit in
 eum librum commentarium? Ego certe, cum essem Ro-
 mæ, etiã ab Hebræo præceptore, quo in isto libro He-
 braicæ legendi utebar, nihil tale accepi, quod tu ca-
 lumniose Salomoni adscribis. Vbi ergo ait, omnia ne-
 cessario euenire, nullumq; esse lib. arbitrium nostrum?
 Per quot quæso contingentia liber æq; uoluntatis ope= **Eccle. 2**
 ra ostendit uanitatē rerum temporalium, quibus ob-
 lectantur homines carnales, uanosq; hominum labores
 in illis? Cur tu deniq;, qui ex prouerbij tam anxie ac
 saltanter tria suffragiola cōmendabas, nullū omni-
 no suffragium ex hoc libro es mutuatus?

Decimo octauo ais. Multum enim omnino refert, **XVIII.**
 ad premendam damnandamq; humane rationis cum
 sapientiam tum prudentiam, cōstanter credere, quòd
 à deo fiant omnia. Fuit Philippe à deo omnia bona sed **Peccata nō**
 non omnia mala, immo nulla omnino peccata à deo fi- **fiunt à deo.**
 unt, sed fiunt omnia, excepto Originali, quod ex Ade
 præuaricatione contrahimus, à lib. arbitrio nostro.
 Quod tu stulte negas, ac blasphemè in deū, eiusq; præ-
 destinationem refers etiam omnia mala et peccata no-
 stra, quæ ex deo non sunt, sed ex malitia sponte à lib.
 arbitrij nostri. Ideo, ubi dicit Euangelista. Omnia per **Ioh. 1**

M 3 ipsum

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Aug. super ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ibi **Aug.**
Ioannē Tra- gustinus per Nihil doctissime intelligit peccatū. Quia
statu. peccatū non est (ut uos fatue putatis) substantia aliqua
aut ens posituum. Audi quaeso, quid super eo diuinus

Luth. in ca- Dionysius (quem uos impie ac blasphemē magis Pla-
pti. Baby. toncū quam Christianum fuisse dicis) acute simul &
Dionys. de copiose dicat. Malo (inquit) secundum accidens est ap-
diui. noibus plicanda substantia, & propter aliud, nō ex initio pro-
r. 4. prio. Vt quod cum sit, rectū quidem esse uideatur, quia

Quid malū boni gratia fit, reuera autē rectum non sit. Quia quod
bonum non est, arbitramur bonū. Ostensum est, aliud
esse quod expetitur, aliud uero quod agitur. Itaq; malū
est pr. eter uiam, pr. eter intentionem, pr. eter naturam
pr. eter causam, pr. eter initium, pr. eter finem, pr. eter
diffinitionem, pr. eter uoluntatē, pr. eter substantiam.
Est igitur malum. priuatio & defectio, infirmitas, in-
cōuenientia, atq; frustratio, destitutiōe, pulchritudine
uita, sensu, ratione, perfectione ac sede & causa priua-
tum, inde finitum, infœcundum, otiosum, imbecillum,
inordinatum, dissimile, infinitū, tenebrosum, carensq;
substantia, & ipsum nullo modo, nusquam, et nihil ex-
istens. Quomodo potest omnino aliquid malum, per-
mixtione boni? Quod enī boni prorsus expertus est, neq;
est quicquam, neq; quicquam potest. Hec facer Dio-
nysius, que à uobis temere, priusquam intelligantur,
reprehenduntur. Ceterum humane rationis sapientia,
pru-

RESPONSIO COCHLAEI.

prudenciamq; quamlibet indifferenter premere aut
 damnare, neq; Salomon neq; Paulus, nec quisquam o-
 minino uir bonus admonet aut precipit, sed eam solu-
 modo, quae carnis & huius mundi est, in uanitate sensus
 & elatione spiritus contra deum. At nosse rerum cau-
 sas, nosse motus caelorum, nosse per creaturas deum,
 nosse uirtutes & inter uitia discernere, quid hoc quae-
 so mali est? cur prematur aut damnatur. Certe non fru-
 stra dicit Paulus. Quod notum est dei, manifestum est
 in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim i-
 psius à creatura mundi per ea quae facta sunt intelle-
 cta conspiciuntur.

Ro. 8. 1

Decimo nono ais. An non hoc uno loco efficacissi-
 me consolatur discipulos Christus, cum inquit. Omnes
 capilli capitis uestri numerati sunt. Consolatur Philip-
 pe, sed nequaquam ut tu putas. Nō enim intendit Chri-
 stus hoc dicto lib. arbitrium hominis tollere, nec do-
 cet omnia necessario euenire, sed declarat diuinam pro-
 uidentiam cognitionemq; nihil omnino latere. Vole-
 bat eorum confutare errorem, qui negabant deo cu-
 ram esse de rebus mortalium. In quorum persona dicit
 Iob. Nubes latibulū eius, et circa cardines caeli per am-
 bulat, neq; nostra consyderat. Immo (inquit in his uer-
 bis Christus) ita consyderat nostra, ut etiam capillos
 capitū nostrorū certo & sibi cognito numero teneat.
 Quid hoc autē ad lib. arbitriū aut dei praedestinatōem

Iob. 22.

M 4 NUN

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Nunquid in capillis lib. arbitrium gerimus? An nō cre-
scunt de fluuntq; etiam sine, immo & contra uolunta-
tem nostram? Nec est quisquam adeo, credo, impudēs,
qui capillos capitis nostri dicat prædestinatos. Vide
quæso, germanam huius dicti sententiam apud Chry-
sostomum & Hieronymum, ne stulte semper innitaris
prudentiæ tuæ.

Prouer. 3.

MELANCHTHON. TEX. V.

- I. Quid igitur inquis, nulla ne est in rebus, ut istorū
uocabulo utar, contingentia, nihil casus, nihil fortuna?
Omnia necessario euenire scripturæ docent.
- II. Esto uideatur tibi esse in rebus humanis contingen-
tia, iudicio rationis hic imperandum est.
- III. Sic Solomon, cum in prædestinationis cogitatione
uersatus esset, inquit. Et intellexi, quod omnium operū
dei, nullam possit homo inuenire rationem eorū, quæ
sub sole fiunt.
- III. Sed ineptus uidear, qui statim initio operis, de asper-
rimo loco, de prædestinatione disseram. Quamquam
quid attinet in compendio, primo an postremo loco id
agam, quod in omnes disputationis nostræ partes inci-
det. Et cum de lib. arbitrio omnino primo loco agendū
esset, qui potui dissimulare sententiam scripturæ de
prædestinatione, quando uoluntati nostræ libertatem
per prædestinationis necessitatem adimit scripturæ.
- V. Quamquam non omnino nihil puto referre, statim
pueriles mentes hac sententia imbui, quod omnia eue-
niant

RESPONSIO COCHLAEI.

nant, non iuxta hominum consilia & conatus, sed iuxta dei uoluntatem.

An non hoc Solomon in illis gnomis suis, quas pueritiae scripsit, statim à principio monet. VI.

Et quod a superior paulo sententia, de praedestinatione uulgouidetur, debemus illi impie Sophistarum Theologiae, quae sic inculcauit nobis rerum contingentiae, & libertatem uoluntatis nostrae, ut à ueritate scripturae molliculae aures abhorreant. VII.

Proinde, ut ijs etiam consulamus, quibus haec duriora uidentur, quae de praedestinatione diximus, ipsam uoluntatis humanae naturam propius contemplabimur, ut intelligant studiosi, non modo in re Theologica falsos Sophistas, sed & in naturae iudicio. VIII.

Dicemus autem de praedestinatione paulo post suo loco, reuellemusq; quàm licebit breuissime, quae hac de re impie commenti sunt Sophistae. IX.

Vallam ait Eccius, quod scholarum sententiam de lib. arbitrio confutarit, plura uoluisse scire quàm didicisset, scilicet egregie festiuus nugator. X.

Quod si idem nobis obiecerint istae Lamiae, uerfari hominem gramatistam in re Theologica. Quid responderimus, nisi ut ne ab auctore rem aestiment? Nunc enim non refert quid proficamur, sed utrum uera sint quae docemus an contra. XI.

Neq; uero à nobis aliena censeferi debet rerum sacrarum professio, nisi non sumus Christiani, quando-

M 5 quidem

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

quidem communis omnium esse debet Christiana disciplina.

COCHLAEVS.

Breuius ad ista, quàm ad superiora respondebimus quandoquidem sunt magis nugacia quàm impia, quae hic tam belle commemoras. Non sunt tamen omnino ab impietate immunia. Quid enim mens ac lingua stultusque tuus, quàm diu seruiunt Luthero, redolere, concipere ac parere possunt, nisi conuicia, impietatesque, & blasphemias?

i. Ais primo. Quid igitur inquires, nulla ne est in rebus contingentia &c. Quàm falsa sit tua Philippe responsio, abunde superius ostensum est. Nam ne unam quidem lineam scripturae in tota suffragiorum farragine habes, quae dicat omnia necessario euenire. Blasphemias igitur creatorẽ, quando ex uniuersitate creaturarum auferas à rebus alterum essendi gradum, per causas uidelicet non necessarias sed contingentes. Quis uero te hominum coetu dignum existimet, qui hac responsione tollis omnes actus humanos, omnes uirtutes, omnem sapientiam & prudentiam, omne regimen & imperum, omnem statum, ac omnem prorsus conuersationem & uitam humanam. Quid enim horũ sit necessario? Id enim necessarium dicitur, quod impossibile est se aliter habere. Et id euenit necessario, quod nõ potest non euenire, aut aliter euenire. Quis uero tam stolidus est, qui dicat, me necessario de te cogitare, de te loqui

RESPONSIO COCHLAEI

te loqui, in te scribere, petulãtia tua irasci, errores tuos reprehendere, casu tuo indolere? Ipse enim optime noui, facere me ista omnia consulto & sponte, absq; omni necessitate ac coactione, ex propria uoluntate & liberrimo arbitrio. Absit igitur, ut in deum referam siquid in his pecco. Scio enim hæc omnia in me esse potestate. Possẽm utiq; & ego, ut plurimi faciunt, tacere & quiescere, aut aliud agere, aut hæc ipsa aliter agere. At si necessario ista facerem, ex principijs speciei profuere ista necessitas. In corruptibilibus enim causa necessaria non est singularium, sed uniuersalis natura. Atq; ita non ego modo, sed omnes omnino homines de te similiter cogitarent loquerenturq; ac scriberent. Id quod B. Chrysostomus pulcherrime declarat, in Omelia 12. de rebus naturalibus differens. Sicut apes inquit, præteris superuolans non omnia legit, sed utilibus sumptis reliqua dimittit. Ita tu quoq; facias, Brutorum genus percurrens, siquid inest utile, ab illis sume. Et quos habent à natura excessus, hos tu per liberum corrige arbitrium. Et per hoc enim à deo honoratus es, quod naturales brutorum nequitias per lib. arbitrium tibi emendare cõcessit, ut premia consequaris. Illis enim non ex electione & ratione sunt bona opera, sed à sola natura. Verbi gratia. Apes mellificat, nõ ratione, ad hoc faciendũ inducta, sed à natura instituta. Quoniam si esset opus non naturale, neq; toti generi distributum, oportebat omnino ex ipsis aliquas, artis in ex-

Io. Chryso.
Omel. 12.
Bruta natura homines ratione ducuntur.

per

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

peritas esse. Nunc uero, ex quo factus est mundus usque in presentem diem, nemo uidit apes cessantes & non mellificantes. Talia enim naturalia totius generis communia sunt. Quæ uero ex lib. arbitrio, non sunt communia, laboris enim indigent, ut enauentur. Hæc ille. Nō igitur omnia eueniunt necessario. Quia lib. arbitrium (quod nemo rationis compos negat) est causa humanorum actuum uoluntaria, non naturalis quæ ad unum determinatur, sed indifferens ad opposita. Libere enim eligit, ire in forum uel non ire, cogitare hoc aut illud, amare literas aut mulieres &c. Hanc libertatem non tollit diuina prouidentia aut prædestinatio, qua disponit omnia suauiter. Sed & bruta domestica & cicurata uidemus multa non necessario sed contingenter & quadam sponte facere. Cui enim non uideatur absurdum dictu, quod canis necessario sileat latretue intrante ignoto, aut necessario blandiatur cauda homini noto, mordeatq; ignotum. Cum multi canes id non faciant? Nonne uero multo absurdissimum est dicere, quod canis talia faciat ex necessitate diuine prædestinationis? Quando tandem erubesces bone Philippi?

II. Secundo ais. Esto uideatur tibi in rebus humanis contingentia, iudicio rationis hic imperandum est. A quo autem imperabitur? Quid enim habet homo superius iudicio rationis? At dixeris, Deus aut angelus hoc ei imperabit. Quid obsecro? nihil esse contingens, omnia euenire

B. II.

RESPONSIO COCHLAEI.

euenire necessario, non esse hominilib. arbitrium? Absit à deo, angelisq; eius tanta contra omnem rationem & ueritatem bestialitas. Cur deniq; hoc imperandum est, cum falsum sit, eiusmodi absurditates in scripturis sacris contineri? Nullus enim locus à te allegatus tam absurde sonat.

Tertio ais. Sic Solomon, cum in prædestinationis cogitatione &c. At locum istum longe aliter meliusq; intelligunt Hieronymus in commentario, & Chrysostomus in Omelia supradicta. Nec opitulatur locus hic proposito tuo. Disputamus enim de lib. arbitrio an sit. Deq; operibus humanis, num eueniant necessario. At Salomon loquitur de operibus dei. De libero autem hominis arbitrio, ne unum quidem uerbum. Longe enim aliud est, habere lib. arbitrium agendi, & inuenire rationem rerum aut operum dei.

Quarto ais. Sed ineptus uidear &c. Nihil moror aut miror ordinem tuum. Quis enim potest esse ordo bonus in tanta errorum confusione ac farragine? Non est enim ulla in toto isto opere tuo pagina, ab erroribus pura & immunis. Quod autem subdis, uoluntati nostræ libertatem per prædestinationis necessitatem adimit scriptura, hoc falsum esse toties iam diximus. Hic aliud quoq; absurdum, quod ex tua conclusione sequitur, super addam. Si enim uoluntati humane libertatio non aditas per prædestinationis necessitatem eripitur. Quomodo manet quæso libertas uoluntati angelice. Nam tem.

&

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Mat. 12. *Et ipsa subiacet diuinae praedestinationi? Immo uero
 et diuinae uoluntati (proh nefas) admittitur haec gygan-
 tica uesania tua libertas. Nihil enim uult nec uelle po-
 test diuina uoluntas contra diuinam praedestinationem.
 Omne enim regnum contra se diuisum, desolabitur. Non
 est igitur ulla in deo contrarietas. Immo uero in deo om-
 nia sunt unum substantialiter. Si ergo est necessitas
 in praedestinatione diuina (ut dicis) nonne erit et in
 uoluntate diuina? O fortem igitur Gygantem, qui non
 modo hominum, sed etiam angelorum atque adeo et dei
 ipsius uoluntati, ereptalibertate, necessitatem infert.
 Vbi hoc attendit Typhon? ubi Briareus? Quando
 erubescas igitur?*

V. *Quinto as. Quanquam non omnino nihil puto re-
 fugienda doferre etc. Immo Philippe perquam plurimum refert, hac
 Arina Phil. sententia tua teneras mentes non imbui, ne testare cens
 hoc dissolutionis desperationisq; aconito semel imbu-
 ta, perpetuo per omnem deinceps uitam teterrimum
 istum odorem retineat. Quomodo enim aetas illa uel pa-
 rentum uel praceptorum monita non spernat, flocci-
 que faciat, si credat, nihil iuxta hominum consilia cona-
 tusq; euenire. Ad quid igitur artes hominum? ad quid
 sapientia, prudentia, studium, temperantia, castitas,
 probitas, et optima quaeque uirtutum exempla uitaeque
 instituta? Ad quid denique oratorum, magistratum,
 legumque conatus, suasiones et pracepta exhortatio-
 nesque ac laudes et honores, si nihil eueniat iuxta homi-
 num*

RESPONSIO COCHLAEI.

num consilia & conatus? Quid ergo consultant, eligunt, parant, efficiuntq; ac consequuntur homines studijs usq; adeo diuersis, cum sit una uoluntas dei? Ego profecto tam stultas impietates tanq; aperte mendaces & falsas nunquam legi.

Sexto ais. An non hoc Solomon in illis gnomis suis VI. &c. Quem obsecro non tædeat pigeatq; tanta improbitatis & impudentiæ tuæ usq; adeo perpetuas? Vbi enim monet Salomon, nihil iuxta hominum consilia conatusq; euenire? ubi docet omnia necessario euenire per necessitatem diuinæ prædestinationis? Vbi tollit hominis liberum arbitrium? In illis, inquis, gnomis suis, statim à principio. Quos tu dicis, friuole petulansq; nouator, gnomos? Voca, ut lubet, scriptura Parabolæ, Ecclesia prouerbia uocat. Opere præcium itaq; fuerit, quia dicis statim à principio, ut gnomos (uti uocas) aliquot ex primo capite afferamus. Ex quibus certissime cognoscere licet, hominem liberi arbitrij esse. Audi (inquit Salomon) fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. O Philippe quæ longe ab hoc gnomo exorbitasti. Quis est enim pater tuus? Papa, quæ totus Mundus patrē uocat. Quæ mater tua? Ecclesia, quæ nos omnes regenerauit. Cur ergo non audis disciplinam patris tui? Cur dimittis legem matris tuæ? Nunquid sic est uoluntas dei? Absit. Non

uidet

Pro. 1
Libera uoluntas hominis.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

- Ezech. 18** uult deus mortem peccatoris, non uult schisma, non heresim, non perfidiam, non blasphemiam. Vnde ergo tibi ista? An alunde desertor impie, quàm ex libera uoluntate tua? Non ergo in dei, sed in tuam ipsius uoluntatem peccata ista tua referri debent. Sed uideamus reliquos gnomos. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Ecce lib. arbitrium acquiescendi & non acquiescendi. Vtinã & tu lactanti Lutheri non acquiescisses. Item. Si dixerint. Veni nobiscum, insidiamur sanguini & c. Fili mi, ne ambules cū eis. Ecce iterum lib. arbitrium ambulandi & non ambulandi. Et tu certe potuisses non ambulare cum diabolico illo cucullo, tot animarū sanguinifeculissime insidiantī. Nō ergo dei, sed tua uoluntas in culpa est. Sed ne prolixior fiam, unum dumtaxat gnomū adhuc referam, in quo apertissime dei uoluntas (quam tu in peccata nostra tuis) excusatur, & accusatur libera uoluntas nostra.
- Eo.** Quia uocauī (inquit dei sapientia) & renuistis. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo. Ecce uocauit deus, & renuimus. Quia uoluntate? non dei uocantis, sed nostra propria & libera. Igitur & culpa nostra est, non dei.
- VII.** Septimo ais. Et quod asperior paulo sententia de predestinatione uulgo uidetur, debemus illi impie Sophistarum Theologiae & c. Quos tu hic Sophisticas uocas?

RESPONSIO COCHLAELI

tas? Quem enim Doctorū ecclesie à Paulo in hanc usq;
 diem nō exercuit arduissima illa questio? Nam & Pau-
 lus ipse in ea questione, nunc à temeritate compescit
 homines, nunc ad altitudinem diuini arcani exclamat.
 Tu forsitan iudicia dei comprehendisti, uisq; eius in-
 uestigasti, ac sensum domini probe cognoscens, consti-
 liarius eius fuisti, cui adeo facilis & plana questio illa
 iudetur. Nec mirum, quia negas lib. arbitrium, negas
 rerum cōtingentiā, negas possibilis esse præcepta dei.
 Cur non negas etiam hominem esse hominem, deumq;
 deū esse? Sed & ista rueras negas. Qui enim negat lib.
 arbitriū hominis, negat utiq; hominem esse animal ra-
 tionale. Quid hoc quæso aliud est, quàm hoīem negare
 esse hoīem? Et qui negat præcepta dei possibilis nobis
 esse, nonne & deum iustum esse negat? Non est enim
 iustus legislator, qui leges fert impossibiles. Qualis e-
 nim lex, ut ciues ab omni cibo potuq; sex mensibus ab-
 stineant. Atq; ut interdū uolantes, accipitrum uicē
 singuli centum aues in aere capiant, toridemq; uesper-
 tiones noctu? Rursus, qui negat quicquam fieri iuxta
 consilia conatusq; hominum, ac omnia dei uoluntate fi-
 eri contendit, nihil à lib. arbitrio nostro, sed omnia ex
 necessitate prædestinatōis, is utiq; mala culpaq; pec-
 catorum nostrorum in prædestinationem, uoluntatēq;
 dei refert. Qualis est ergo deus iniustus, necessitans
 ad mala, uolensq; iniquitates & peccata. Talis certe nō
 est deus noster, qui iustus est & summe bonus, non uo-

Ro. 9. & 11
 Esa. 40.

Phil. negat
 deum esse
 deum.

Psal. 5.

N lens

LIB. II

...ale scilicet in
 ...um. Unde
 ...iam ex libera
 ...re ipsius nos
 ...Sed in deo
 ...ini peccato
 ...aque scilicet
 ...Lutherorum
 ...cum iustit
 ...is. Ecclesi
 ...solendi. Et
 ...deco illi ei
 ...tationi. Nō
 ...prolixior
 ...on, in quo
 ...a nostra tra
 ...as nostra.
 ...uibus. Ext
 ...t. Desper
 ...ues mesi ne
 ...bo. Ecce uo
 ...non dicitur
 ...culpa
 ...entia de
 ...mpie. So
 ...ificas uo
 ...cat

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Ezech. 18 lens iniquitatem, neq; mortem peccatoris.

-VIII.

Octavo ais. Proude, ut ijs etiam consulamus &c.

Consule tibi ipsi Philippe, quem Lutherus à planta ad uerticem usq; tot impietatibus inquinauit, atq; in per-

Iob. 40

plexos Leviathan testicularum nervos adegit & implicit. Ne te propediem dominus ligatis manibus pe-

Matt. 22.

dibusq; eijci ubeat in tenebras exteriores. Quid ergo boni consulere queas? Nos longe alios habemus consultores, ecclesie scilicet Doctores, tuo consilio non indigemus. Quòd enim non solum circa lib. arbitrium, sed etiam circa naturam uoluntatis erres turpissime, mox patebit.

IX.

Nono ais. Dicemus autem de prædestinatione paulo post suo loco &c. Mihi profecto graue fuit, uel semel perlegisse librum tuum, per quos tamen interim sepe, ubi nam sit locus ille, quem de prædestinatione hic permittis. At nondum inueni. Malo profecto à te supinus atq; etiam cæcus iudicari, quàm librum tuum denuo perlegere totum, usq; adeo molesta est mihi tot impietatum, calumniarumq; ac conuiciorum (quid enim aliud continet liber tuus?) lectio. Ponis quidem inter capita rerum Theologicarum prædestinationem, eamq; inter charitatem & signa sacramentalia collocas. Sed nõ uideo eũ ordinem in tuo tractatu atq; processu.

X.

Lau. Valla. Decimo ais. Vallam ait Eccius, quòd scholarum sententiam de lib. arbitrio confutarit &c. Non uidi equidem que de lib. arbitrio scripsit Valla. Neq; tamẽ credo illum

RESPONSIO COCHLAEL.

do illum bestialiter tecum lib. arbitrium negare. Longe enim aliter sentit in libris de uoluptate. Si tamen & ille negasse uideatur, abusus & ipse ingenio eloquentiaq; sua dicendus est. Nam & de donatione Constantini contra modestiam rixose ac seditiose scripsit.

Vndecimo ais. Quod si dem nobis obiecerint ista Lamie & c. ingenio professioniq; tue nihil derogo Philippe, sed superbiam uanamq; confidentiam ac temeritatem tuam reprehendo, quod cum sis homo iuuenis atq; in politoribus literis omnem ferme etatem consumpseris, nunc repente Lutherico furore literalis Theologus factus, contra sententiam omnium Theologorum, tum ueterum tum recentium, damnatas nimiumq; barbaras hereses instaurare presumis. Quando Theologiam ne à limine quidem adhuc recte saluaueris, cresq; in foribus ipsis.

Duodecimo ais. Neq; uero à nobis aliena censeridebet rerum sacrarum professio, nisi non sumus Christiani. Quandoquidem communis omnium esse debet Christiana disciplina. Audi breue responsum Philippe. Neq; ad Poetas Rhetoresq; spectat rerum sacrarum professio. Neq; tu Christianus es amplius, neq; Christianam disciplinam custodis. Quomodo enim Christianus dici potes, qui Christi uicarium Antichristum dicis, atq; omnia Christianorum sacramenta prophanas, ac bestialiter (ut solent heretici, presertim Hussitici porci) conculcas? Nunquid uero Christiana disciplina

N 2 est

XI.

XII.

Phil. nō est
Christianus

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Matt. 18

est, proteruire contra omnes, auscultare nemini, non Theologis, non antiquis doctoribus, non sanctis patribus, non summis pontificibus, non concilijs, non ecclesie denique catholice? Sed ait Christus. Qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

MELANCHTHON. TEX. VI.

- I. Quod si uoluntatis humane uim, pro naturae capti aestimes, negari non potest iuxta rationem humanam quin sit in ea libertas quaedam externorum operum.
- II. Ut ipse experiris in potestate tua esse, salutare hominem aut non salutare, indui hac ueste uel non indui, uesci carnibus aut non uesci.
- III. Et in hanc externorum operum cōtingentiam dea fixerunt oculos philosophastri, qui libertatem uoluntati tribuere.
- III. Verū quia deus non respicit opera externa, sed internos cordis motus, ideo scriptura nihil prodidit de ista libertate.
- V. Qui externa & personata quadam ciuilitate mores fungunt, huiusmodi libertatem docent, nempe Philosophi ac recentiores Theologistae.

COCHLAEV S.

Maiores intus quam foris libertas uoluntatis. Siccine in naturae iudicio falsos esse Sophistas ostendis? Sic contemplaris propius ipsam humane uoluntatis naturam? At mihi non solum falli, sed & insanire, ac per febrem somnium uel lallare uideris, dū in externis operibus uoluntati libertatē cōcedis, quam ei de-

negas

RESPONSIO COCHLAEI.

negas in internis. Quomodo enim salutabo te lingua, si non precedat intus in animo salutandi uoluntas? Nūquid mortui hominis cadauer lingua te salutare potest? Cur autem non potest, nisi quia non est ibi salutandi uoluntas? At non raro inest salutandi uoluntas, ut in muto, in egroto, in elingui. Vbi tamen in externo opere non fit salutatio nec est salutandi libertas. Cum igitur exterior salutatio nunquam reperitur absq; salutandi uoluntate. Cōtra uero interna salutādi affectio p̄ sepe fit absq; saluatione externa. Absurdum profecto est, quod dicis, In externis operibus esse uoluntatis libertatem, non autē in internis. Absit enim ut tibi Lutherog; tuo & complicibus uestris tanta fiat in externis operibus libertas, quanta est in sanguinaria uestra uoluntate. Quā enim uelletis iampridem manus uestras in sanguine nostro lauare? At pius & misericors dominus haectenus uobis internum solummodo affectum liberum esse permisit, externum uero effectū minime, & nos bene speramus hunc uobis liberū nunquam fore, ut ipse dubitare nequeas, maiorem intus quā foris esse uoluntati tuā libertatem.

Sed ne contentionis studio uidear ista dicere. Audi quaeso quid sentiat Bernardus, quem sui similem non esse calumniaris. Aliud est, inquit, uoluntarius consensus, aliud naturalis appetitus. Posterior quippe nobis communis est cum irrationabilibus, nec ualet consentire spiritui carnis irretitus illecebris. Et fortasse ipse

N 3 est,

Sapientia
carnis.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Ro. 8.
Consensus
uoluntatis
liber.

est, qui alio nemine ab Apostolo sapientia carnis ap-
pellatur, ut ait, Sapientia carnis inimica est deo, legi e-
nim dei non est subiecta, nec enim potest. Hunc ergo,
ut dixi, communem habemus cum bestiis, consensus uo-
luntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui.
Siquidem non cogitur, non extorquetur. Est quippe uo-
luntatis non necessitatis. Nec negat se nec praebet cui-
quam, nisi ex uoluntate. Alioquin si compelli uolet in-
uitus, uolentus est non uoluntarius. Vbi autem uolun-
tas non est, nec consensus. Non est enim consensus, nisi
uoluntarius. Vbi ergo consensus, ibi uoluntas. Perro
ubi uoluntas, ibi libertas. Et hoc est quod dici putoli-
berum arbitriū. Haec ibi Bernardus, ex quo & supra
uoluntatis libertatem internam efficacissimo probaui-
mus. Et hic clarissime uidere licet, liberum esse consen-
sum uoluntatis, opus utiq; internum. Nec est aliud in-
ternum uoluntati magis proprium aut propinquum
quam libertas, qua sublata tollitur & ipsa uoluntas.
Quomodo uigitur dicis non intus sed foris esse quan-
dam uoluntati libertatē? Sed uideamus tua per ordinē.

I.

Ais primo. Quod si humane uoluntatis uim, pro
naturae captu aestimes &c. At uis uoluntatis, quia incor-
porea est, & corporali organo ad suas functiones pro-
prias neq; eget, neq; utitur, pro naturae capturatione
neq; humana, multo magis libera est in operibus inter-
nis quam externis. Id enim liberū dicitur, quod sui iu-
ris est & in sua potestate. At magis est in potestate uo-
luntatis, uelle uesci carnibus, quam carnibus uesci. Ibi

RESPONSIO COCHLAEI.

lud enim in ipsa est, hoc uero extra. Hoc forsitan lex, uis egestas aut aegritudo liberum uoluntati esse non sin- nit. Illud uero quis prohibeat aut impediatur.

Ais secūdo. Ut ipse experiris in tua potestate esse, salutare hominē aut nō salutare &c. At longe magis experiris, uelle salutare quā ipsum salutare, in potestate tua esse. Quoties enim uoluit Paris Helenam salutare, silicuiisset uoluntas quādē ad hoc liberrimā erat, sed nō suberat semper facultas, internū affectum in opus externū deducere. Ais tertio. Et in hanc externorū operū cōtingentiam defixerunt oculos Philosophastri &c. Nō est uia Philippi. Nam interna opera uolūtatis nostrae nō minus cōtingenter sunt quā externa. Et qualibet rationis cōpos experitur in seipso, liberius esse sibi internū quā externū opus aggredi & agere. Liberū sane est tibi, uelle perdere oēs episcopos & sacerdotes, uelle templa destruere, concupiscere aurum templi &c. Sed non est tibi adhuc liberum, sceleratas istas uoluntates internas opere externo adimplere.

Ais quarto. Verū quia deus nō respicit opa externa, sed internos cordis motus &c. Sic me legisti scripturā Philippi? Si nō respicit deus opera externa, cur tā gra- uiter punit externū esum pomi noxialis? De ligno, inquit, sciētis boni et mali ne comedas. In quacūq; enī die comederis ex eo, morte morieris. Itē, quia audisti uocē uxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.

N 4 Itē

Deus exter-
na quoq; re-
spicit.
Gen. 2.
Gen. 3.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Gene. 4 Item ad Cain, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terrā, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Et quid ego exemplis, quorum non est numerus, diutius ago? Inspice quæso decalogum digito dei scriptum. Nonne igitur aliquot præcepta sunt de operibus externis, aliquot item de internis? Alioquin profecto superflue diccret. Non mœchaberis, nō furtum facies, quia postea ait. Non concupisces domū proximi tui nec desiderabis uxorem eius, non servū, non ancillam &c.

Exo. 20.

V.

Ais quinto. Qui externa & personata quadam civilitate mores fingunt, huiusmodi libertatem docent, nempe philosophi & recentiores Theologistæ. At vos externa iuxta & interna opera contemnitis atq; etiam damnatis omnia, dum omnia facitis peccata, solāq; prædicatis fidem, & eam quidem perfidam & hereticam, ut vere dicere valeamus, non fuisse talia monstra & literarum & morum, ab initio mundi usq; ad hoc infælix, per uestras intemperies, quadriennium. Nos autem secundum scripturas traditionesq; maiorum lib. arbitrium & in externa & in interna opera vim, imperiumq; ac libertatem habere prædicamus, Deumq; nihil eorum latere, sed in utraq; respicere. Et in utrisq; posse uoluntatem bene & male pro sua libertate agere. Minime sane actus inter nos dissimulamus, aut negligimus. In ijs enim præcipue est ratio boni & mali

RESPONSIO COCHLAEI.

mali operis. Et potest peccatum solo interno consensu
etiam sine externo opere compleri. Improbacst ergo
tua hic in Philosophos Theologosq; calumnia. Nam si S. Tho. in
solum Thomam in prima secundæ per quæstiones ali- 2. secun. q.
quot legas, facile uidebis, quanto exactius eruditusq; 19. & 20.
ille de interioribus exterioribusq; uoluntatis humanæ
actibus pertractet, quàm faciant omnes Lutherani.

MELANCHTHON. TEX. VII.

Cōtra interni adfectus nō sunt in potestate nostra. I.

Experientia enim usuq; comperimus, non posse uo- II.
luntatem sua sponte ponere amorem, odium, aut simi-
les adfectus.

Sed adfectus adfectu uincitur, ut quia læsus es ab eo III.
quem amabas, amare desinis. Nam te arde ntius, quàm
quemuis alium amas.

Nec audiam Sophistas, si negent pertinere ad uo- IIII.
luntatem adfectus humanos, amorem, odium, gaudiū,
mœrorem, inuidentiam, ambitionem, & similes, nihil
enim nunc de fame aut siti dicitur.

Quid enim est uoluntas, si non adfectuum fons est. V.

Et cur non pro uoluntatis uocabulo cordis nomen VI.
usurpamus?

Siquidem scriptura potissimam hominis partem VII.
Cor uocat, adeoq; eam in qua nascitur adfectus.

Fallunt autem scholæ, cum fingunt uoluntatem per VIII.
naturam suam aduersari adfectibus, aut posse ponere
adfectū, quoties hoc monet consilium intellectus.

N S CO=

I. Primū, quod dicitur internos affectus non esse in po-
 Refistendū testate nostra, bestiale dogma est. Bestia enim, quia ra-
 affectibus. tionis moderamine praedita non sunt, suo feruntur im-
 petu, quocūq; natura trahit aut affectus. Homines autē
 ratione & uoluntate praediti, possunt utiq; affectibus
 resistere, eos temperare, rationisq; habena moderari,
 atq; etiam ponere ac expellere, uti eleganter docet his
 Boe. de con Adonicis Boetius de cōsolatione philosophiae. Tu quo
 so. li. i. in fi. que si uis lumine claro cernere uerum, Tramite recto
 carpere callem, gaudia pelle, pelle tumorem, spemq;
 fugato. Nec dolor assit, nubi lamens est, uinctaq; fre-
 nis, Hæc ubi regnant. Nōne hoc admonent omnes pro-
 pemodū, nō solum Philosophi, sed etiam Theologi li-
 briq; sacri? Hic unū locum ex paulo retulisse satis fue-
 Ephe. 4. rit. Ita enim scribit ad Ephe. Deponite uos secūdū pri-
 stinam conuersationem ueterē hominem, qui corrup-
 pitur secundum desideria erroris. Renouamini autē
 spiritu mētis uestræ &c. Itē. Irascimini & nolite pecca-
 re. Sol nō occidat super iracundiam uestrā. Itē omnis
 amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, et blasphem-
 ia tollatur à uobis cū omni malicia. Quid his clarus?
 I. Secundo ais. Experientia enim usq; cōprimus, nō
 Affectus posse uoluntatem sua sponte ponere amorē &c. Immo
 ponere. uero bestia sit, atq; etiā bestia stupidior, qui uoluntatis
 suæ libertate in domandis ponendisq; affectibus nunq;
 experitur aut agnoscit. Nam & canis latrans iram po-
 nit,

B. II.
RESPONSIO COCHLAEI.

nit, siue increpatus à domino suo, siue carnis panisue
buccella placatus. Ponit et odiū felis, quotidiana con-
suetudine mitigatus. Ponit itē timorem, quem de missa
cauda indicabat, ubi uiderit se periculum euasisse, cri-
gens cū cauda simul et animū. Quoties uero intra ho-
ram unā canis iuuenculus, quo cū iocaris, iram sumit et
ponit, gaudioq; ac dolore afficitur, prout uarie illū lu-
dendo tractas? Nō erubescis igitur, hominem Christia-
nū non solū ratione et uoluntate super omnes bestias
longe sublimatū, sed et gratia spiritus sancti, qua ca-
rent ceteri homines, adiutum et leuatū, imbecilliorē
magisq; captiuū affectibus facere quā canem quā
catulum semestrem? Tertio ais. Sed adfectus ad-
fectu uincitur, ut quia laesus es ab eo quem amabas, ama-
re desinis. Nam te ardetus, quā quē uis alium amas.
Quid ergo facit in homine ratio et uolūtas, si affectus
non nisi affectu uincatur? Ad quid consolationes sine-
brium orationū? Ad quid contiones militares? Ad quid
omnis uis oratoria, si nō possumus concitare aut reprē-
mere hominū affectus? Quis obsecro credat post an-
nos centum, sic scripsisse hominē ingeniosum, et tam
græce q̄ latine disertū. Scribis tamē, quia Lutherice fu-
ria ita te exagitant, ut illud Tiberij cesaris merito scri-
bere possis. Quid scribā uobis? aut quō scribam? aut
quid omnino nō scribam? dii me dea q; pœnis per dāt,
quē quotidie perire sentio. Certe nō solū Philosophi,
sed etiā Christus et Apli docuerūt nos uincere spiritu
et uirtute improbos affectus potius q̄ affectū affectu.

Ratio re-
primit affe-
ctus.

Suetonius
in uita Ti-
berij.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

- Matt. 5.** Ait enim Christus. Audistis, quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Est ne hoc affectum affectu uincere? Paulus item ait ad Theſſalonicenſes. Vt ſciat unusquisq; ſuum uas poſſidere in ſanctificatione & honore non in paſſione deſyderij, ſicut & gentes quę ignorant decum. Et Petrus. Obſecro, inquit, uos chariſſimi, tanquam aduenas & peregrinos abſtinere uos à carnalibus deſyderijs, quę militant aduerſus animam. Quomodo tu igitur dicis, Non niſi adfectu uincitur adfectus? Non enim carnalia deſyderia, quę utiq; adfectus ſunt, carnalibus deſyderijs uincuntur, ſed magis incenduntur. Vincuntur autem ratione & ſpiritu. Quia ſecundum Apoſtolum, non caro aduerſus carnem, ſed aduerſus ſpiritum concupiſcit, & ſpiritus aduerſus carnem. Sed & reliqua quę ſubdis, neq; naturalia, neq; moralia, multo minus Theologica ſunt. Non enim niſi leuiſſimus & meretricarius eſt amor, à quo mox deſinis ubi leſus es. Vides enim canem, animal irrationale, terq; quaterq; à domino ſuo percuti, nec tamen deſiſtere ab amore illius. Nec laudatur uxor filiusue aut filia, quę ſemel biſue aut ter leſa, ob id amorē ponit, uxon uiri, filia parentis. Et non raro legiſti apud Hiſtoricos, fortes uiros, ut M. Curtium, duosq; Decios ſeſe pro patria deuouiſſe. Ac uirum pro uore liberisq; & cogna
- tis

B. II.
 RESPONSIO COCHLAEI.

tis in periculum uitae suae ruisse.

Quarto ais. Nec audiam Sophistas, si negent pertinere ad uoluntatem adfectus humanos, amorem, odium &c. Idcirco negare non potes Philippe, te hereticum esse, quia non modo Theologos tum ueteres tum novos, sed & ecclesiam catholicam audire recusas. Audi ergo interim, quid tibi uetus Poeta dicat Hesiodus, quem in Ethicis citat Aristoteles, tibi ob uirtutem ueritatemque praecipue exosus.

Ari. 1. Ethic.

Optimus ille quidem est, ex sese qui omnia nouit.

Is rursus bonus est, paret qui recta monent.

At qui ex se nescit, cuiquam nec porrigit aures.

Vt bona percipiat, demens & inutilis ille est.

Quinto ais. Quid enim est uoluntas, si non adfectiuus.

fons est? At non fluunt ex eodem fonte contrariae aquae, quarum haec calida, illa frigida sit, aut haec dulcis, illa salsa & amara. Quis autem neget contrarios esse inter se affectus? Contrarius est enim dolor uoluptati, spes timori, gaudium tristitia &c. Et in brutis quoque reperiuntur eiusmodi affectus, non solum fames & sitis, uti tu nugaris. Fames enim & sitis magis sunt affectus naturae egentis, quam sensualitatis. Nec dicuntur affectus, quibus recta ratio imperari queat.

Iac. 3.

Nō est affe-
 cluum fons
 uoluntas.

Audi igitur meliores descriptiones quam sit interrogatūcula tua.

Arist. 3. de
 anima.

Voluntas est appetitus rationis, est appetitus rationalis, est qua peccatur & recte uiuitur. Est motus (ut ait Bernardus) rationalis & sensui praesidens & appeti-

Dam. lib. 2.
 Bcr. de gra-
 tia etili. arb.

tui

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Aug. de lib. tui. Bona autem uoluntas est (uti definit Augustinus) arbi. lib. 1. qua appetimus recte honesteque uiuere, & ad summam ca. 12. sapientiam peruenire. Quam quisque cum habet, id certe habet, quod terrenis omnibus regnis, uoluptatibusque omnibus corporis, longe anteponendum sit. Est autem in uoluntate, inquit, nostra constitutum, ut hoc uel fruamur uel careamus tanto & tam uero bono. Quid enim tam in uoluntate quam ipsa uoluntas sita est.

VI. Sexto ais. Et cur non pro uoluntatis uocabulo cordis nomen usurpamus? Respondeo. Non raro cor pro uoluntate & in scripturis & in doctoribus nostris accipitur. Non tamen oportet uoluntatis uocabulum aboleri, quia eo persepe utitur & scriptura. Neque tamen necessario ijs tantum utendum est uocabulis, quibus utitur scriptura. Nam & Hebræi extra scripturas positis utuntur uocabulis quam plurimis, quæ à Syris Chaldeisque mutuantur, præsertim in Thalmud & Thargum. Et nos recte pieque dicimus trinitatem personarum, unitatem essentiae, patrem ingenitum, filium consubstantialem patri &c. Licet ista in scripturis non habeantur uocabula. Uocabulum autem cordis in scripturis non accipitur solum pro uoluntate, sed etiam pro intellectu, & quidem sepius. Aliquando ite translaticie, ut in Psal. 45. Transferentur montes in cor maris. Et in Euangelio Matthæi. Sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus.

VII. Septimo. Scriptura potissimam hominis partem cor

Psal. 45.

Matt. 12

B. II.
RESPONSIO COCHLAEI.

cor uocat, adeoq; eam in qua nascuntur adfectus. Multi Cor uarie
 fariam accipi cor in scripturis, quis ignorat? Nam et accipitur.
 deo, qui utiq; corpus aut carnem nō habet, cor sepi-
 me tribuitur. Et de corde hominis admodū uarie loqui
 tur scriptura. Sēpissime enim accipit pro intellectu
 aut uoluntate. Et sic tribuuntur ei affectus spiritales,
 qui sunt motus simplices in animo, absq; corporis pas-
 sione aut immutatione. Quando mens intra se gaudio
 tristitiaue afficitur, quando amore dei flagrat, quando
 effertur superbia, quando delectatur contemplatione.
 Quod et Aristoteles nō ignorauit, quando dixit, quōd Aristo. 10.
 Philosophia habeat mirabiles uoluptates cū sincerita- Eth.
 te et puritate, huiusmodi autem affectus in brutis nō
 sunt, quia ratione carent. Aliquando accipitur cor pro
 membro corporis, ut ibi. Tulit ergo Ioab tres lanceas 1. Reg. 18.
 in manu sua, et infixit eas in corde Absolon. Et sic uul-
 go dicimus. Cor esse primū uiuens et ultimū moriens,
 de hoc plurima pertractat medici. Et pulchra est apud
 Cas. in lib. de aīa disceptatio, Nū in corde, an potius in
 capite sit principalis sedes animae. Vtraq; pfecto pars Cassi. in lib.
 nobilis est et apprime necessaria, utriq; maxime pre- de aīa c. 8.
 sens aīa, utriq; multa tribuūtur. Extat apud Ambro.
 pulcherrima capitis descriptio. Nomē cordis in scriptu Ambrosius
 ris magis frequens est, utriq; cōgruus locus est, Capiti in Hexame.
 in arce, Cordi in medio. Neq; satis adhuc definitū est, lib. 6. ca. 9.
 utra pars utri preferatur. Certe neutrius influxu po-
 test carere uita humana, frequentissime autē accipitur

Cor sedes affectuum, qui sunt in appetitu sensitivo, cum aliqua affectione sensuum corporisq; immutatione. Quoniam dicimus. Ira est ebullitio sanguinis circa cor, & sic tribuuntur cordi potissimum affectus. Nam cor intumescit ira, flagrat amore, coartatur dolore, angitur tristitia, dilatatur gaudio, erigitur spe deprimatur timore &c. At eiusmodi affectus, qui sic fiunt cum cordis corporali commotione, non sunt solius hominis, sed & brutorum. Nec sunt in uoluntate proprie, sed in appetitu sensitivo. Hi in ui concupiscibili, illi in irascibili, uti docte declarant Damascenus, Albertus, Thomas &c. Tu autem confuse de his loqueris, nihil inter rationem sensumq; distinguens, nihil inter uoluntatem & appetitum sensituum, nihil inter affectus spirituales & corporales. Quid mirantur ergo, si erras?

VIII.

Triplex autem luntatem per naturam suam aduersari adfectibus &c. At tu fallis fallerisq; nimis pueriliter, qui usq; adeo pingui sensu de ijs rebus, quas non didicisti, loqueris, dum nihil discernis inter appetitum naturalem, animalem & rationalem, nec inter homines & bestias. Est amor naturalis parentum erga liberos, quis eum ponat aut prohibeat? Est amor animalis, quo quis amat res corporeas ut socium, ut mulierem, ut uinum, honorem, opes, uoluptates. Huic ratio habenas imponere debet, huic si prauus & illicitus est resistere debet uoluntas

RESPONSIO COCHLAEI.

luntas. Quando scilicet caro concupiscit aduersus spiri Gal. 5.
 tum. Tunc certe & uoluntas, quæ spiritualis est, concu-
 piscere debet aduersus carnem. Est præterea amor spi-
 ritualis, quo amamus deum, angelicam uitam, uirtutes
 &c. Et eiusmodi rerum est amor bonus & laudabilis.
 Est & uituperabilis, si amemus uicia, auariciam, diabo-
 licas artes, fraudeq; & nequitas &c. Certe nisi posset
 homo per uoluntatem prauos affectus ponere, frustra
 essent tot exhortationes Christi, Prophetarumq; &
 Apostolorum, frustra consolationes, frustra increpa-
 tiones, frustra omne studium prædicatorum & eccle-
 siæ doctorum &c.

MELANCHTHON TEX. VIII.

Qui fit igitur, cur sæpe diuersum ab affectu homi- I.
 nes eligamus.

Principio, quod nonnunquam aliud in opere exter II.
 no eligimus, quam quod cupit cor seu uoluntas, fieri
 potest, ut affectu uincatur affectus.

Vt negari non potest, quin uoluptatum amans sit III.
 Alexander Macedo, tamē quia gloria magis ardet, de-
 ligit laborem, uoluptates aspernatur. Non quod eas nō
 amet, sed quod uehementius amet gloriam.

Videmus enim in alijs ingenijs alios regnare adfe- IIII.
 ctus, sua quenq; cupidine trahi. In sordidis ingenijs do-
 minatur habendi cupiditas. In liberalioribus iuxta ho-
 minum iudicium, fame atq; popularis gratiæ studiū.

O CO=

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

C O C H L A E V S.

Temeritas Vide quæso Philippe, quàm futiles sint tergiversa-
Philippi in tiones tuæ. Quod si ad tam leues interrogatiunculas
Parisienses. usq; adeo conturbaris & tremis, quid facias ad arduas
 & obscuras, ac uehementer urgentes quæstiones
 Theologorum, & tamen tanta est tua temeritas, ut au-
 deas publice in hunc modum scribere. Utinã mihi Pa-
 risienses, inquis, ista coràm uobiscū in uestra illa Sor-
 bona, daretur commentari.

I Quando igitur quæris, Cur sepe diuersum ab ad-
Ratio con-fectu homines eligamus? Respondeo breuiter, quia ra-
tra affectus tionem habemus & uoluntatem. Hoc est, lib. arbitriū,
eligit. quo potestas est nobis, quæ animantibus non est, cōtra
 sensualitatem aliquid eligere. Sicut enim caro concupi-
Gal. 5. scit aduersus spiritum. Ita & spiritus potest concupi-
 scere aduersus carnem. Ecquis adeo barbarus sit hu-
 manæ naturæ hostis ac proditor, qui neget uoluntatē
 rationalem resistere posse affectibus sensualitatis? Si
 est enim ratio superior sensu, & uoluntas appetitu
 sensualitatis. Quis neget eligere posse uoluntatem di-
Matt. 19 uersum aliquid ab affectu sensualitatis? Quoties hoc
 faciunt Monachi Monialesq; & omne genus Eunuchō-
 rum, qui sese propter regnum cælorum castrauerunt?

II. Tu autem pro noua sapientia tua, sic respondes.
 Principio, inquis, quod nō nunquam aliud in opere ex-
 terno eligimus, quam quod cupit cor seu uoluntas, sic
 ripo=

B. II.

RESPONSIO COCHLAEI.

ri potest, ut adfectu uincatur adfectus. At tu bone li-
 terator, parum mihi considerasse uideris, quidnam
 hoc uocabulum Eligere significet. Quæ enim est alia
 uis, quæ opus externum eligit, si cor non est aut uolun-
 tas? Quid enim possent omnes animæ uires, tum sensia-
 tiuæ tum intellectiuæ, si non eligeret aut exequi iube-
 ret opus earum, domina & regina humanorum actuum,
 uoluntas? Quod membrum uolubilius lingua? Ea
 tamen seipsam mouere non potest, neq; ad confiten-
 dum neq; ad negandum Christum dominum, si non
 moneat eam interior uoluntas. Quæ si constans est, Libertas uo-
 martyres facit confessione. Si uero leuis & peruersa, luntatis in-
 apostatas facit abnegatione. Quæ profecto una res sa- confessione
 tis euidenti est argumento, liberam esse uoluntatem no Christi.
 stram. Esto enim quod Christianus ante persecutio-
 nem fuerit amans Christi. In persecutione autem aut
 metu terroris, aut suppliciorum dolore uictus, Chri-
 stum abneget, is certe à crimine perfidiæ immunis nõ
 erit. Quid ita? quia uoluntas eius fuit libera, etiam in
 tormentis (ut multi fecerunt) Christum confiteri. Sic
 metu uictus Beatus Petrus ter negauit una nocte Chri-
 stum, quamuis corde intus Christum amaret. Neq; ta-
 men metus ille ipsum à peccato excusauit. Cur non?
 Quia libera erat ei uoluntas, qua potuisset & me-
 tum corporalis tormenti deprimere, & Christum li-
 bere confiteri. Nam & Gentiles multi admiranda Exempla

O 2 de Gentiliū.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

dederunt inuicti animi documenta per patientiam in tormentis, ut Mutius Scaeuola. Attilius Regulus, Zenon Eleates, Anaxarchus & aliquot uerè mulieres. Ex tantis praeclara super his monumenta apud Titum Liuium, apud Val. Maximum, apud Tertullianum, apud Sabellicum, Crinitum & Fulgosum &c. Sed quid multis opus est testibus, cum unus Cyprianus uno in sermone, qui de lapsis inscribitur, illam uoluntatis nostrae libertatem sufficientissime testetur & astruat.

III.

Quae de Alexandro magno refertur, aut nullius sunt momenti, aut nostrae contra te sententiae stipulantur. Nisi enim fuisset libera uoluntatis, qua potuit gloriam praeruptate eligere, non praetulisset otio laborem. Atque ut apertius dicam. Non uincitur affectus affectu quolibet, sed contrario, ut amor odio, spes timore, gaudium tristitia &c. Cum tu igitur hic ubique amantem solummodo introducas Alexandrum, quomodo uictus est in eo affectus affectu? Non enim dicis cum odio habuisse uoluptates, licet uehementius amaerit gloriam. Immo ipse dicis. Non quod cas non amet. Adde, quod ipse contra te ipsam testimonium fers, dum dicis, de legit laborem. Quis enim deligit, nisi lib. arbitrium habens?

III.

Quae autem subiungis, neque Philosophica, neque Paulina, nec omnino Christiana sunt. Regnare enim domini debet, narique in homine affectus nemo laudat, cum fateantur non affectus omnes, praeter uos Crypticos Theologos, honestius esse, ut

RESPONSIO COCHLAEI.

se, ut in homine regnet domineturq; ratio, nō affectus,
 Voluntas rationalis, non appetitus animalis, spiritus
 non caro, mens non sensualitas. Id quod supra ex Boc= Boe. de cō.
 tiobis breuissimis uersiculis admonuimus. Nubila phil. lib. 1.
 mens est, hęc ubi regnant. Non ergo permittere de=
 bet homo Christianus, ut in ipso regnent affectus po=
 tius quàm ratio aut spiritus. Iuxta illud Apostoli. Non Ro. 6.
 ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut
 obediatis cōcupiscentijs eius, sed neq; exhibeatis mem=
 bra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos,
 tanquam ex mortuis uiuentes, & membra uestra ar=
 ma iustitię deo. Peccatum enim uobis non dominabitur &c.

MELANCHTHON. TEX. IX.

Deinde fieri fortasse potest, ut prorsus contra o=I.
 mnes adfectus deligatur aliquid.

Quod cum fit, per simulationem fit. II.

Vt cum quispiam eum, quem ex animo odit, cui ex III.
 animo male uult, benigne, comiter, blande tractat, nul=
 la fortasse certa causa.

Is etiam si non sentiat aliquo alio se adfectu uinci. IIII.
 Sunt enim ingenia quaedam adeo blanda, ut etiam eos,
 quos oderunt, palpent, is inquam, simulat comitatem
 in externo opere, in quo secundum naturam uidetur
 esse quaedam libertas.

Atq; hęc est illa uoluntas, quam nobis stulti Schola= V.
 stici finxerunt. Scilicet uim talem, quę ut cunq; sis adfe

O 3 eius

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

- VI. *Etus, possit tamen adfectum moderari temperareq̃.*
 Ut quom ficticias suas pœnitentias docent, ut ut sis
 adfectus, censent uoluntati uim esse eliciendi, sic ipsi lo
 quuntur a cius bonos.
- VII. *Si quem odio habeas, posse uoluntatem statuere,*
 quod hunc porro nolit odisse.
- VIII. *Sic, quom natura simus impij, deiq̃, non dico non*
 amantes, sed prorsus contemptores.
- IX. *Docent isti, posse uoluntatem elicere, quòd deum*
 porro sit amatura.
- X. *Quæso te mlector, an non putas insanire, qui ta-*
 lem nobis uoluntatem finxerint
- XI. *Atq̃; utinam contingat mihi Sophista, qui hæc ca-*
 lumniatur, ut possim illam impiam, stultam, male phi-
 losophicam, de uoluntate sententiam, iusto uolumine
 & integra disputatione confutare.
- XII. *Nam cum is, qui odit, statuit ponere odium, nisi*
 reuera fuerit uehementiore adfectu uictus, plane est
 ficticia quædã intellectus cogitatio, nõ uoluntatis opus.
 Si statuatur ponere Oenones amorem, nisi fue-
 rit uictus reuera uehementiore adfectu, fucata fallax-
 q̃; cogitatio intellectus est.
- XIII. *Fieri potest, ut diuersum imperet cum intellectu*
 cor tuum membris exterioribus, lingue, manibus, oculis,
 atque adfectus est, quia natura mendaces sumus,
 Veluti lingue oculisq̃; imperabat Ioab, ut quàm blan-
 dissimè uideretur cõpellare Amasan, cordi uero im-
 perat

RESPONSIO COCHLAEI.

perare non potest, ut ponat adfectum quem cōcepit,
Ponit autem cum uehementiori cupiditate uictus fuerit
hic adfectus, quo occupatur.

COCHLAEVS.

Vinam & hoc tēdij molestiaq; pensum iam abso-
lutum esset. Quem enim non tēdeat, tam friuolis nu-
gis toties praeberere aures oculosq; ac mentem.

Ais primo. Deinde fieri fortasse potest, ut pror-
sus contra omnes adfectus deligatur aliquid. Per quid
ergo deligetur Philippe per intellectum. At dicis in
operibus internis non esse contingentiam sed necessi-
tatem. Per uoluntatem? At negas eam liberam esse, &
per hoc non habere ius aut uim deligendi. Per sensum?
At sensus eiusmodi simulationes nescit, nec contra om-
nes adfectus deligit. Per naturam? At natura ad unū
determinata est, nec simulat nec deligit. Per quid er-
go? Certe per lib. arbitrium, quod hic per imprudē-
tiam affirmas, cum per stultitiam uehementer id ne-
ges. Deligere enim aliquid contra omnes affectus ne-
mo potest nisi lib. arbitrio prae datus.

Ais secundo. Quod cum fit, per simulationem fit. II.
Hic tuum ostendis Philippe Christianismum. At non
ita docet nos Christus & scriptura. Christus enim ue-
ritas est, & simulationem odit. Cum q; misissent scribae Ioh. 14
(ut refert Lucas) & Principes sacerdotum ad eum in- Lu. 20.
fidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in Non decet
sermone, Christus considerans dolum illorum, ait. simulare.

o 4 Quid

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Matt. 22. Quid me tentatis? Hanc increpationem aliquanto ap-
petius explicat Mattheus, in hæc uerba. Cognita autē
Iesus nequitia eorum, ait. Quid me tentatis Hypocri-
tæ. Non est ergo Christianorum, sed hypocritarū &
Dani. 11.. impiorum simulare, de quibus Daniel ait. Impij testa-
Luc. 20. mentum simulabunt fraudulentè. Et Christus. Atten-
dite, inquit, à scribis, qui deuorant domos uiduarum,
Roma. 12. simul antes longam orationem. Et Paulus. Dilectio, in-
Iac. 3. quit, sine simulatione. Item Iacobus, iudicans sine simu-
1. Pet. 2. latione. Petrus deniq;. Deponentes, inquit, omnem ma-
litiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias,
& omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, ra-
tionabiles, & sine dolo lac concupiscite.

III.

Ex animo
odisse nō li-
cet Christia-
nis.

Matt. 5.

Ais tertio. Ut cum quispiam cum, quem ex animo
odit, cui ex animo male uult, benigne, comiter, blande
tractat, nulla fortasse certa causa. Et hic Philippe lau-
dabilem præters Christianismum, Poeticū scilicet
& Hussiticum. Verus autem Christianus neminem ex
animo odit, nemini ex animo male uult, nisi hostibus
fidei, uirtutis & ueritatis. Immo nec tales ex animo
odit, sed uellet eos fieri bonos, uellet à malo & ab er-
rore ad bonum & agnitionem ueritatis conuerti. Ait
enim Christus dominus & magister noster. Ego autē
dico uobis. Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui
oderunt uos, & orate pro persequentibus & calum-
niantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cælis est,
qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & plu-
uiam super

B. II.
 quatoq;
 gnica acit
 Hypocr
 ritam
 ystia
 Atch
 uam,
 fto. ja
 me sim
 nem ma
 mialis,
 tes, ra
 imo
 londe
 el Lau
 fallret
 nem ex
 gfilia
 omp
 b. er=
 Ait
 cais
 gut
 m=
 est,
 et plus
 i super

RESPONSIO COCHLAEI.

it super iustos & iniustos. Christianus igitur ex animo
 neminem odit. Non enim tam homines, quam peccata
 & flagitia hominum odit. Hec tamen poetica tua do-
 ctrina bestialem conclusionem tuam non probat, sed
 magis confutat. Nisi enim esset in homine lib. arbitri-
 um, non posset aliud ab affectu deligere, sed necessario
 sequeretur affectum, quocunq; duceret, si non habe-
 ret uim resistendi contrariumq; deligendi.

Ais quarto. Is etiam si non sentiat aliquo alio se ad= **III.**
 fectu uinci & c. Quo ergo uincitur: nonne per suam uo Ex corde
 luntatem, qua ex liberum est, uel affectum sequi, uel ei dimitendū
 resistere, siue per simulationem, ut tu poetice doces, proximo.
 siue per ueritatem, uti Christus docet & omnis uir bo
 nus. Christus enim ait. Si dimiseritis hominibus pecca= **Mat. 6. et. 7**
 ta eorum, dimittet & uobis & c. Item. In qua mensura
 mensi fueritis, remetietur uobis. Nisi igitur ex corde
 dimiseris fratri tuo, non dimittet tibi pater caelestis.
 Quod si uere & ex animo diligis te ipsum, cur non ue=
 re & ex animo diligas etiā proximum, quem te Chri=
 stus & lex diligere iubet sicut te ipsum? Ait itaq; Pau= **Coloss 3**
 lus ad Colossenses. Quodcunq; facitis, ex animo opera
 mini, sicut domino & non sicut hominibus. Et ad Ga= **Gal. 6**
 latas. Nolite errare, deus non irridetur. Quae enim se=
 minauerit homo, haec & metet. Et paulo superius. Nō
 efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes,
 inuicem inuidentes. Iam uides quam bene consonent de
 cta tua Christianae disciplinae.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

V. *Ais quinto. Atq; hæc est illa uoluntas, quam nobis stulti scholastici finxerunt. Non est ita Philippe. Non enim ficticiam & simulatam, ut tu facis, uoluntatem docent doctores nostri, sed ueram & liberam, quæ ex animo operetur, non ad speciem pharisaicam. Deus enim non irridetur, sed intuetur cor, nouitq; cogitationes hominum. Vnde pulcherrima exhortatione ad nos concludit opus suum Consolatorium Boetius, dicens. Auersamini igitur uicia, colite uirtutes, ad rectas spes animum subleuate, humiles preces in excelsa porrigite. Magna uobis est, inquit, si dissimulare non uultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Absit igitur à nobis, ut simulatoriam solummodo uoluntatem doceamus. Nisi enim uere & ex animo odiū aduersus proximū dimiseris, nō dimittet tibi pater cælestis peccata tua.*

1. Reg. 16
Luc. 6.
Boe. de con
sol. lib. 5. in
fin.

VI.
Ficticia pœ
nitentia.

Ais sexto. Ut quom ficticias suas pœnitentias docēt, ut ut sis adfectus, censent uoluntati uim esse eliciendi, sic ipsi loquuntur, actus bonos. Quid ni hoc censeant? Si tu fortasse semper poetice fisteq; & ad speciem solum, non ex animo, non uere, non in corde tuo, de peccatis tuis pœnituiisti, nunquid ob id protinus omnis homo non aliter pœnituit? Non omnes Philippe legerrunt, ut tu, Lucianum aliosq; id genus Poeticos Criticosq; Theologos. Nec omnes, qui legerunt illos, uitam etiam flagitiosamq; doctrinam eorum sunt amplectati. Nō est æquum, ut ex tua nequitia omnes homines dijudices

RESPONSIO COCHLÆI.

ad iudices. Quemadmodum fecisse fertur flagitiosissimus Nero. Quisquis ergo uere Christianus est, ille pœnitendo prauos affectus uitiorum ponit, per relectentia. tionis imperiū liberamq; uoluntatem. Aut certe si praua consuetudo aut illecebrōsa caro nō sinit repente poni omnino funditusq; extirpari eiusmodi affectus, saltem licebit pœnitenti, eos moderari ac temperare per uoluntariū dolorē rationisq; moderamen, ne consentiat ipsis uoluntas. Qualescūq; autem sit affectuū concitatio atq; inquietudo, si nō consentiat in eos uoluntas, nō est tibi culpa noui peccati, sed est pœna peccati prateriti, uti doctissime probat B. Bernardus. Et nos hac Bernar. de de re multa ex probatis authoribus atq; etiā ex scripturis diximus in eo libro, quem hyme superiori scripsimus de fomite peccati, cōtra teritiū articulum Luthericæ impietatis. Ita enim ait Apostolus ad Ro. Igitur ego ipse mente seruius legi dei, carne autē legi peccati. Nihil ergo nunc damnatōis est his qui sunt in Christo, qui nō secundū carnē ambulāt. Absit igitur, ut nemo Christianorū de peccatis suis, quātuscūq; in eis fuerit affectus aut delectatio, uere pœniteat. Nō eni falso aut frustra dixit p Iohel proph. dominus. Cōuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, et in fletu, et in planctu, Scindite corda uestra, et nō uestimēt uestra.

Ais septimo. Si quem odio habeas, posse uoluntatē statuere, quod hunc porro nolit odisse. Heu improbitatem plus quā Hussiticam, ac plane diabolicam. Dic quaeso

Bernar. de

gratia et lib. ar.

Roma. 8.

Iohel. 2.

VII.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

quæso. An nō est uoluntas superior appetitu sensitiuō?
 Est utiq; non minus quàm sensu intellectus. Cum igitur
 odium sit oppositum amori, in ui cōcupiscibili (idē
 est enim subiectum contrariorum) cur non possit ei
 resistere uis superior, ut pote in ratione seu intellectu
 existens, uoluntas? Si canis consuetudine odium felis,
 iramq; uel buccella panis aut offa inescatus, uel uoce
 domini sui exterritus aut obiurgatus, ponit, animal
 brutum & irrationale. Cur non posset homo animal
 rationale, odium iramue aut similitatem, qua in proxi-
 mum male afflicebatur, ad rationis recte dictamen uo-
 luntatisq; suæ imperiū, propter deum & propter cō-
 sequendam beatitudinē eternam, ponere, atq; ita re-
 primere, ut nolit proximum suum de cætero odisse?
 Non enim dimittet ei deus, nisi & ipse proximo uere
 & ex animo dimittat. Id quod uulgo faciunt, non solū
 homines deuoti ac timorati, dum pœnitentiam agunt,
 uerum etiam simplices laici, quando iacent in agone
 mortis, immo & facinorosi fures & latrones, quando
 ad ultimū educuntur supplicium. Qui omnes solenni-
 ter uerāq; & cordis & oris confessione dicunt, sese om-
 nibus, a quibus unquam offēsi sunt, libere ac spon-
 te ex animo dimittere omnē offēsam, ut & ipsis deus
 peccata eorum dimittat. Ait enim Christus. Cum stabe-
 tis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus ali-
 quē, ut pater uester qui in cœlis est dimittat uobis pec-
 cata uestra. Quid? qd' hostes aliquando infensissimi uel
 pro-

Homo po-
 test debetq;
 odiū ponere.
 ꝛc.

Mar. II.

RESPONSIO COCHLAEI.

propter bonum pacis, uel propter amicorum inter-
 ceSSIONES aut ob commodum temporale, ex animo iras
 odiaq; remittunt. Cur id non facerent homines Chri-
 stiani, propter pacem Christi, propter amorem dei,
 & propter salutem propriam uitamq; eternam con-
 sequendam? Audis hæc Philippe?

Ais octauo. Sic, quom natura simus impij, deiq;
 non dico non amantes, sed prorsus contemptores.

Certe nec improbissimus Rapsaces, nec barbarus Po-
 lypbemon unquam talia dixit. Quod si natura impij
 effemus, & natura contemptores osorefq; dei, nihil
 haberemus peccati penitus. Quid ita? quia quod natu-
 ra inest, in culpam non uertitur. Non enim peccatum
 est nobis, bipedes esse, aut erectos ad sidera tollere uul-
 tus, quia natura tales sumus. Quod autem ab Aposto-
 lo dicitur. Et eramus natura filij iræ sicut & cæteri.
 Secundum Augustinum de natura per peccatum origi-
 tura & gra-
 nale uiciata intelligendum est, non de natura humana
 tia. c. 3
 secundum se, que utiq; bona est, quia à summo bono
 processit. Longum profecto foret, referre, quoties do-
 ctor ille ostendit, presertim contra Manichæos, omnẽ
 naturam, in quantum uatura seu talis est, bonam esse,
 utpote à deo bono creatam. Hic satis fuerit unum lo-
 cum ex 11. libro de ciuitate dei retulisse. Sine dubio, in-
 quit, ubi est uitium malitiæ, natura non uiciata præces-
 sit. Vicium autem ita contra naturam est, ut non possit
 nisi nocere naturæ. Non itaq; esset uicium, recedere à

VIII.
 Non sumus
 natura im-
 pij.

Eph. 2
 Aug. de na-
 tia. c. 3

De ciuitate
 dei. lib. 11. c.
 17.

deo,

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

deo, nisi naturæ, cuius id uitium est, cōpeteret esse cum deo. Quæ propter etiã uoluntas mala, grande testimonium est naturæ bonæ. Sed deus, sicut naturarū bonarum optimus creator est, ita malorū uoluntatum iustissimus ordinator, ut cum male illæ utantur naturis bonis, ipse bene utatur etiã uolūtatibus malis. Audis hæc Philippe? Quot tibi opus fore putes libris, si ad omnia unius Augustini dicta, quæ naturā hominis à tuis calūnijs impietatibusq; defendunt & asserunt, respondere uelis? Quid deinde respondeas Dionysio, Tertulliano, Origeni & generaliter omnibus doctoribus, qui tuas blasphemias in deum naturamq; resistunt. Certe neq; Athanasius, neq; Ambrosius, neq; ceteri expositores quos uiderim, secundum tuam sententiam dictum Pauli (quod ipse citauit) exponunt.

IX.

Ais Nono. Docent isti, posse uoluntatem elicere, quòd deum porro sit amatura. Cur id non doceamus

Dionys. de Philippe? Supra enim ex Dionysio clare ostendimus, diuini nominis malum esse præter uoluntatem. Quia uoluntas non nisi bonum appetet. Cum ergo deus sit summum & maximum bonum, cur non possit uoluntas nostra deum

Deut. 6
Matt. 22. amare? An frustra dixit lex & Christus quoq; omnisq; scripturæ & commentariorū sana intelligentiã, quòd debeat homo diligere deum super omnia, ex toto corde, ex tota mente &c.

Ais decimo. Quæso te mi lector, an non putas insanire, qui talem nobis uoluntatem sinxerint? Quæ alif-

cuinq;

RESPONSIO COCHLAEI.

100
 tuncq; sis Philippe. Credo tamen te intra teipsum uel
 te amare deum. Quomodo enim potes summum bo-
 num odisse? Ego profecto tam insanam blasphemiam,
 calumniamq; adeo stultam, qua tu hic in deum homi-
 nisq; uoluntatem & in omnes ecclesie doctores incre-
 dibili uesana furis, nunquam legi.

XI.
 Ans undecimo. Atq; utinam contingat mihi Sophi-
 sta, qui hæc calumniatur. Tam sapienter optas Philip-
 pe, quam sanus es mente. Quanto enim iustus pruden-
 tiusq; optares, ut contingat tibi uir pius & eruditus,
 qui te, sicubi (ut fert humana imbecillitas) errasses, in
 uiam ueritatis reduceret, non per calumnias & con-
 uicia, sed per scripturas & rationes ueras. Nunc fru-
 stris percitus optas tibi contingere calumnatorem.
 Et in hoc certe nimis clare ostendis. Neq; bonam ne-
 q; à deo esse hanc uoluntatem tuam, qua sic optas, sed
 à serpente nequissimo, qui antonomatice diabolus &
 calumniator appellatur. Ut nobis de te magistroq; tuo
 præcipue dixisse uideatur Paulus. Hereticum homi-
 nem post unam & secundam correptionem deuota,
 sciens quia subuersus est &c. Nos certe calumniandi
 studio nihil diximus. Quòd autem minaris nobis iu-
 stum nescio quod uolumen, frustra territas. Nos enim
 supra tibi multos opposuimus antiquissimos simul &
 grauiissimos lib. arbitrij assertores, quibus certe uno
 uolumine quamlibet magno, nunquam poteris iuste
 respondere.

Ans

Tit. 7.

XII.

Affectus
multis mo-
dis uincitur

Ais duodecimo. Nam cum is qui odit, statuit pone-
re odium, nisi reuera fuerit uehementiore adfectu ui-
ctus, plane est fictitia quaedam intellectus cogitatio, nō
uoluntatis opus. Qui scis hoc Philippe? Quoties nos
supra huic deliramento tuo respondimus? Vincitur e-
nim affectus haud uno mō, sicut tu praescribis. Quot
quae so contra iram remedia scripsit Seneca per tres li-
bros? An tu nunquam legisti duos libros Ouidij, de re-
medio amoris? Nunquam Tusculanas quaestiones Ci-
ceronis? Nunquam Paradoxa Stoicorum? At nos Chri-
stiani habemus, deo miserante, adhuc multo plura cō-
tra affectus remedia, quibus per gratiam dei secundū
spiritum, non secundum desideria carnis ambulemus.
Vincitur ergo affectus, nunc alio affectu, nunc ratione,
nunc bona uoluntate, nunc uirtute sibi opposita, ut
ira mansuetudine & clementia, timor fortitudine,
uoluptas temperantia, tristitia magnanimitate, odium
charitate &c.

XIII.

Ais tredecimo. Si statuat Paris ponere Oenones
amorem &c. O egregium Christianismi doctorem,
qui tam belle nos docet uincere affectus. Scilicet nō ali-
ud habere potuisti exemplum, quā Paridis, ethni-
ci iuuenis, ita perditam amore carnali, ut etiam patriam
florētissimam parentesq; maxime inclytos, in sano a-
more perdidit. At me memini, dum de fomite pec-
cati uobis responderem, longe meliora retulisse exem-
pla ex Eusebio, Basilio, & Ambrosio. Quod site Poe-
ticū

RESPONSIO COCHLAEI.

ticum Theologum plus mouent & delectant exempla
Ethnicorum, habes M. Ciceronem, Ti. Liuium, Val. *Exempla*
Maximum, Senecam, Xenophontem, Plutarchum & *cōtinentiæ.*
id genus innumeros Historicos, Oratores, Philoso-
phos, atq; etiam Poetas aliquos, à quibus continentiæ
ponendiq; amoris & odij honestiora petas exempla.
Inuenies enim, quanto superior carnali amore fuerit
rationalis uoluntas Cyri erga Pamtheam, Alexandri
erga uxorem filiasque Darij, Scipionis Aphricani
erga sponsam Indibilis &c. Hic unum breue dictum
Val. Maxi. ad te confundendum satis fuerit. Magna *Val. Maxi.*
inquit, cura præcipuoq; studio referendum est, quan- *lib. 4. c. 3.*
to per libidinis & auariciæ, furori similes, impetus,
ab illustrium uirorum pectoribus, consilio ac ratione
summoti sunt. At nos Christiani dei gratia adiuti, non
solum libidinosum amorem, sed etiam naturalem, qui
inter sanguine conuinctos coalescit, ponere possumus,
si uigilans nobis assit ratio constansq; uoluntas. Ait e-
nim Christus. Qui amat patrē aut matrem plus quàm *Mat. 10*
me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam su- *Eo. c. 19*
per me, non est me dignus. Cunq; dixisset ei Petrus.
Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Quid
ergo erit nobis? Ait illis Iesus. Amē dico uobis. Omnis
qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut pa-
trem, aut matrem, aut uxore, aut filios, aut agros pro-
pter nomen meum, centuplū accipiet, & uitam eter-
nā possidebit. Quid tu ad ista Philippe cū Paride tuo.

P Ais

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

XIII. Ais quartodecimo. fieri potest, ut diuersum imperet
 cū intellectu cor tuum membris exterioribus, linguae,
 manibus, oculis, atq; est adfectus animus, quia natura
 mendaces sumus &c. At fieri potest, ut sine dolo & fi-
 ctione uolūtas nostra exterioribus membris imperet,
 ac idem uelit in animo intus, quod foris in opere osten-
 dit & in uerbis. Non enim laudatur amicus fictus aut
 dolosus. De quo Psalmista ait. Verba oris eius iniquitas
 & dolus. Item. Lingua tua concinnabat dolos. Et Da-
 niel. Dirigetur dolus in manu eius. Talem profectone
 Ethnici quidem probant. Nosti, credo, quod contra
 eiusmodi egerunt olim, Alexander Macedo, Fabricius
 & Camillus Romani, alijq; uiri fortes & magnanimi.
 Sed deo maxime displicet eiusmodi. Iuxta illud scriptu-
 rae. Virum sanguinum & dolosum abominabitur do-
 minus. Item. Filio doloso nihil erit boni. Item. Maledi-
 ctus dolosus. Absit à Christiano homine, ut non aliter
 agat, aut linguae membrisq; ceteris imperet, quàm tu
 hic proponis. Cur quæso illud præcipue facinus Ioab,
 propter quod commissione Dauid iussuq; Salomonis,
 post plurima & maxime inclita in Rempub. merita
 interfectus est à Banaiā, proponis in exemplum, po-
 tius quàm aliquid ab eo præclare gestum? Nos certe
 hac æstate magnas & multas eius uirtutes, cum de sen-
 suliter ali contra uos ageremus, cōmemorauimus, quas
 multo iustus iuuentuti proponeres in exemplū, quàm
 dolosum istud facinus, tam illaudatū grauiusq; puni-
 tum.

Amicus fi-
 ctus.

Psal. 35

Psal. 49

Dani. 8.

Psal. 5

Prouer. 14.

Malach. 1.

3. Reg. 2

RESPONSIO COCHLAEI.

tum. Sed uis improba uoluntate & falli & fallere. Nō
es certe natura (ut mentiris) mendax, sed praua men-
te malaq; uoluntate. Non enim semper mentitus es,
Quis enim te ante Luthericū furorē dixit mendacē?
Non ergo es natura mendax, sed deprauata uoluntate.

MELANCHTHON. TEX. X.

Nō negant adfectus scholæ, sed uocant infirmitatem I.
naturæ. Satis esse, si actus elicitos diuersos habeat uo-
luntas. At ego nego uim esse ullam in homine, quæ II.
serio adfectibus aduersari possit.

Censeoq; actus illos elicitos, non nisi ficticiam co- III.
gitationem intellectus esse.

Nam cum corda deus iudicet, necesse est cor cū suis IIII.
adfectibus summam ac potissimam hominis partē esse.

Alloqui cur hominem ab imbecilliore parte deus V.
estimaret, & non potius à meliore, si qua uoluntas est
alia à corde, & adfectuum parte melior ac fortior.
Quid hic Sophiste respondebunt?

Quòd si uocabulo cordis, quod usurpat scriptura, VI.
uti maluissimus, q̄ Aristotelico uocabulo uoluntatis, fa-
cili cauissemus hos tam pingues tam crassos errores.

Vocabat quidē Aristoteles uoluntatem, delectū illum VII.
rerū in externis operibus, qui serè mendax est, sed quid
ad Christianā disciplinam externa opera, si cor sit in-
sincerum? Præterea ipse etiam Aristoteles non pro-
didit actus illos elicitos, quos Scotus confinxit. Sed
nunc non tam ago, ut illos confutem, quàm ut doceam

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

te Christiane lector, quid sequi tu debeas.

VIII. Fateor in externo rerum delectu esse quandam libertatem, internos uero adfectus prorsus nego in potestate nostra esse.

IX. Nec permitto aliquam esse uoluntatem, quæ adfectibus aduersari serio possit.

X. Atq; hæc quidem de hominis natura dico. Nam qui spiritu iustificati sunt, in ijs adfectus boni cum malis pugnant, sicut infra docebitur.

COCHLAEVS.

I. Primum, ut breuis sim. Affectus non uocari in cul-
 Tentatio si pam, si non consentiat eis uoluntas, saepe nos & supra
 ne consensu & in alijs opusculis nostris contra impietates uestras
 nõ est pec- ostendimus. Idem ostendit efficacissime & Augustinus
 eatum. uarijs in locis, idem Bernhardus, idẽ Thomas noster,
 Lib. 2. sen- idem & ceteri Catholici doctores in sententijs. Hic sa-
 tentiarũ di- tis fuerit, unũ tibi Gersonem (quem ipse dicitis, & ple-
 24. & 33. num Christiani spiritus, & urũ per omnia magnum)
 Phil. in A= opponere, cum in plerisq; opusculis, tum præcipue in
 polog. con= eo tractatu, qui est in compendio Theologiæ. De pec-
 tra Parisi. cato ueniali, ubi & de lib. arbitrio, & de primis moti-
 lo. Gerson bus sensualitatis, exacte determinat. Huic uni saltem
 Cancell. Pa. ressonde, ut autem erubescas amplius, audi parũ per
 Seneca lib. Ethnici hominis super hac re sententiã. Ait nanq; Se=
 2. de ira. neca in secundo libro de ira. Si ira inutis nobis nasci=
 Primi mo- tur, nunquam rationi succumbet. Omnes enim motus
 tus affectuũ qui non uoluntate nostra sunt, inuicti & inuitabiles
 sunt,

RESPONSIO COCHLAEI.

sunt, Vt horror frigida aspersis, ad quosdā ictus asper
natio, ad maiores nuncios subriguntur pili, & rubor
ad improba uerba suffunditur, sequiturq; uertigo
prærupta cernenti. Quorū quia nihil in potestate no-
stra est, nulla, quo minus fiant, ratio persuadet. Ira
præceptis sugatur. Est enim uoluntarium animi uiciū.
Non ex his, quæ conditione quadam humanæ sortis e-
ueniunt, ideoq; etiam sapientissimis accidunt. Inter
quæ & primus ille ictus animi ponendus est, qui nos
post opinionem iniuriæ mouet. Hic subit etiam inter lu-
dicra scenæ spectacula, & lectiones rerū uetustarum.
Sæpe Clodio Ciceronem expellenti, & Antonio occi-
denti, uidemur irasci. Et infra. Et ut scias, inquit, quem
admodū incipiant affectus, aut crescant, aut effera-
tur. Est primus motus non uoluntarius, quasi præpa-
ratio affectus & quædam cōmutatio. Alter cū uolun-
tate non contumaci. Tertius motus est iam impotens,
qui non, si oportet, ulcisci uult, sed utiq; qui rationem
eūicit. Hæc Seneca. Nos ex Paulo plura diximus.

Secundo ais. At ego nego uim esse ullā in homine, quæ
serio adfectibus aduersari possit. Sed affirmant eius mo-
di uim Philippe omnes Ethnici, Iudæiq; & Christiani.
Quid ergo? si tibi libet, abnegata ratione & libera uo-
luntate, bestiam agere, nunquid propter te unū omni-
bus sic libeat? absit. Nā & Christus & Paulus atq; a-
deo oīs scriptura, iubent docentq; nos affectibus malis
aduersari. Ait enī Christus, Diligite inimicos uestros, Matt. 5.

P 3 bene

alias cōmi-
minatio.

II.
Aduersan-
dū affectio-
bus.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

benefacite his qui oderunt uos. Si non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.

Orate pro persequentibus et calumiantibus uos &c.

Roma. 12. Itē Paulus ad Ro. Nulli malū pro malo reddentes, date locum irae. Scriptum est enim. Mihi uindictā et ego retribuā dicit dominus. Sed si furierit inimicus tuus, cibe illū, si sitit, potū da illi. Noli uinci à malo, sed uince in bono malū. Abijciamus ergo opera tenebrarū, et induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus

Deut. 32.

Iac. 3. Itē Iacobus. Si zelū amarū habetis, et cōtentiones sint in cordibus uestris, nolite gloriari, et mendaces esse aduersus ueritatē. Non est enim ista sapientia desursum descendens a patre luminū, sed terrena, animalis, diabolica. Audin tu hęc Philippe?

III. Tertio ais. Censeoq; actus illos illicitos, nō nisi ficticiā cogitationem intellectus esse. Et nos censemus censuram tuam tam esse fatuam quā impiam. Quid ita? quia censes friuole sine ratione, temere sine cōsilio, improbe contra maiores, impie cōtra scripturas, blasphemē cōtra spiritū sanctū, qui loquutus est per prophetas.

IIII.

Quarto ais. Nā cū corda deus iudicet &c. Ecquid nos dicimus aliud? Sed nequem fallas equiuoco. Cor, quod deus intuetur et iudicat, non est pars corporis, sed est ratio cōiuncta uoluntati, seu lib. arbitriū. Quomodo accipit Christus, quando ait. Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia

Deus intuetur cor,
Matt. 15.

B. II.
 ferius homi
 cca anstra
 uos or
 abentes, des
 diti
 ego
 matus,
 o, sciam
 orari, et
 mbus
 itones
 idas
 a de
 omalis,
 ffecti
 us cen
 quid
 sulo, m
 pfectus.
 Equid
 Cor,
 oris,
 go=
 roce
 homi
 e, homi
 cidia

RESPONSIO COCHLAEI.

ridid, adulteria &c. Et cor hoc modo dicitur etiam
 mens & animus, atq; etiam anima. Vnde ait super hæc Chrysa. sup
 uerba Chryostomus. Discamus, inquit, obsecro, quæ Mat. home.
 nam easint, quibus turpiter homines foedantur, di- 75.
 scamus oro et fugiamus. Diligēter multi student, quo=
 modo manibus loti, candidis induti uestimentis, in ec=
 clesiam ingrediantur. Quomodo autē animā atq; men=
 tem suam, puram atq; defecatam offerant deo, nullam
 prorsus habent curam. Et Hiero. Arguendi sunt, in=
 quit, ex hac sententia, qui cogitationes à diabolo im=
 mitti putant, & nō ex propria nasci uoluntate. Diabo
 lus adiutor & incentor malarum cogitationū potest
 esse, auctor nō potest esse. Tu autē Philippe sub hoc Fel sub mel
 melle mox hæreticum feltuum propinando subiungis. le propinat
 Neesse est, inquis, cor cū suis adfectibus, summam ac Phil.
 potissimā hominis partem esse. At nos iam sæpe osten
 dimus, affectus, qui cū concitatione corporali fiunt, nō
 in rationali, sed in sensitiuo appetitu nasci. Quomodo
 dicimus cor intumescere ira, contrahi dolore, dilata=
 ri gaudio &c. At nobilior pars hominis est anima
 quàm corpus, ratio quàm sensus, uoluntas quàm ap=
 petitus animalis. Vides nunc Philippe, quid doli ma=
 chineris, æquiocatione bifidam linguam uibras. Nam
 cor nunc pro rationali uoluntate, nunc pro affectuum
 fonte sedeq; in eodē syllogismo accipis. Nobilius ē autē
 cor ab affectibus liberū, quàm cor affectibus captiuū.
 Quinto ais. Alioqui cur hominem ab imbecilliore V.

Hiero. sup
 Matthe.

Fel sub mel
 le propinat
 Phil.

P 4 parte

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

parte deus aestimaret, & non potius à meliore, si qua
uoluntas est alia à corde, & adfectuū parte melior ac
Achilles fortior. Quid hic Sophistæ respondebunt? Hui Achil-
Philippi. lem inuictum. Sed audi nostram ex uerbis tuis atq; à
deo ex ipso Achille tuo responsionē. Aestimat deus ho-
minem utiq; à parte meliore ac fortiore, potius quàm
ab ignobiliore aut imbecilliore. Sicut autem melior for-
tiorq; est anima corpore, ratio sensu, spiritus carne, et
omnino immortale, & in corporeū mortali & corpo-
reo, ita & rationalis appetitus (qui uoluntas dicitur)
melior fortiorq; est sensualitate seu appetitu irrationa-
li & sensitiuo, in quo sunt affectus et carnis desideria.
Ergo si uoluntas regit dominaturq; affectibus, in infe-
riore appetitu atq; in carnis concupiscentia ebullienti-
bus, recte habet & uacat à culpa. Si autē regitur ser-
uitq; affectibus, male habet, & culpa fit obnoxia, quia
spreto ratiois iudicio sequitur cecos carnis affectus, ac
turpiter seruit maior minori. Quid tu ad ista? Quid
ad Paulū ad Ro. Immo ad oēs eius Epistolas? Quid ad
Tertullianū, Origenē, Eusebiū, Augustinum, Bernar-
dum, Thomam, & id genus plurimos nostra fortissi-
me confirmantes? Quid deniq; ad Gersonem, in eo sal-
tem Tractatu, quem de passionibus anime inscripsit?
Quid ergo tu Tyrunculus unus, tot inuictis & emeris-
tis Christi militibus, ipsiq; etiam Duci Christo, tandem
respondebis?

VI.

Sexto ais. Quod si uocabulo cordis, quòd usurpat
scri-

RESPONSIO COCHLAEI.

Scriptura, uti maluissimus, quàm Aristotelico uocabulo uoluntatis & c. Huic cauillo iam pridem responsum est. Vtitur sane scriptura, non solum cordis, sed et uoluntatis uocabulo, & quidem frequentissime. Cur tu ergo Aristotelicum uocas uocabulum, quo scriptura & sancti Prophetæ usi sunt aliquot seculis, antequam natus Aristoteles fuisset? Sed & cor & uoluntas non uno modo accipiuntur. Hic uno, quod ad propositum deseruit, exemplo contentus ero. Ait Iohannes Euangelista. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Addit Augustinus in expositione sua. Ponitur hic, inquit, caro pro uore, quomodo & aliquando spiritus pro marito. Quare? quia ille regit, hæc regitur. Ille imperare debet, ista seruire. Nam ubi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius in domo, ubi foemina habet imperium super uirum? Recta autem domus, ubi uir imperat, foemina obtemperat. Rectus ergo ipse homo, ubi spiritus imperat, caro seruit, Vide quàm pulchre consonet hæc Augustini expositio meæ ex tuo Achille responsioni. Plura de his reperies apud Magistrum & doctores in 2. libro sententiarum, ubi agitur de lib. arbitrio, ac transgressione primorū parentum. Quòd si hos, que tua est superbia, cõtemnis, exhibeo tibi Gersonem (quem ipse uirum per omnia magnū dicit) in 12. tractatu super Magnificat, ubi ait de domo seu triclinio cordis humani, in quo

Voluntas
nō est Ari-
stoteli cum
uocabulum

Ioh. 1.

Aug. super
Ioh. tracta-
tus. 2.

Lib. 2. sen-
tē. dist. 24.

Gerson sup
Magni. H.
Domus cor-
dis.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Archi trichinum ait esse lib. arbitriū, quasi liberum de ratione iudicium, facultatem scilicet rationis & uoluntatis. Est aut, inquit, uoluntas motiua uis in anima, quæ utitur ratione, quæ per eam in motibus proprijs dirigitur, si uelit iure dici domina, si regina, in cordis domo & intimo regno magno principari. Regnū siquidē dei intra nos est, ubi sub domino supremo deo regnat spiritus, per dei formam decorem indutus.

LUC. 17.

VII.

Septimo ais. Vocabat quidem Aristoteles uoluntatem, delectum illum rerū in externis operibus. Credo equidem te tantundem intelligere de sententia Aristotelis, quantum intelligis de subtilitate Scoti. Nihil autem ad rē, iudica tu ut lubet, bombus iste tuus nō plus terret illos, quàm culex Elephantum. Ceterum de externis operibus antea plus satis responsum est. Nec est quisquam nostrum, qui laudet opera externa, si cor sit insincrum. Tu uideris, qui per exemplum Ioab & Paridis simulare ac fingere doces.

VIII.

Octauo ais. Fateor in externo rerum delectu esse quandam libertatem. Internos uero adfectus prorsus nego in potestate nostra esse. Negas quidem Philippe, sed temere. Nec ullā reddis rationem, cur externa opera magis sint libera quàm interna. Cum non minus subsint prædestinationi, & sæpius impediuntur. Huic autem stultitiæ tuæ supra responsum est. Hic unum tibi Gersonem rursus oppono, in compendio Theologiae, de uoluntate ita breuiter differentem. Voluntas dicitur

Nulla uis animalis libera
est uoluntate

10. Gerson
in compen.
Theo.

B. II.
liberum de
s & uolunt
anima, que
prijs diris
corais de
nis liquis
o deo rea
aditus.
s uoluntate
us. Creab
ia Ampla
sibil ad
nō plus
a de ex=
Nec est
si cor sit
rab & Pa
lectu esse
profus
philippe,
erru o=
matus
Hanc
um the
breolom
Voluntas
dicit

RESPONSIO COCHLAEI.

dicitur uis affectiua motiua, immo, inquit, inter moti-
uas præcipua, cum sit generalis motrix omnium uiri-
um. Et post pauca. Inter potentias animæ nulla est, in-
quit, liberior. Quia nec obligatur organo, nec cogitur
obiecto. Propter quod dicit Augustinus, quod nihil a-
deo in nostra potestate est, sicut uoluntas. Et diuiditur
in uoluntatem naturalem & in deliberatiuam. Prima
dirigitur per synderesim, Secunda per rationē. Et sunt
idem in essentia, sed differunt in modo appetendi seu
uolendi. Naturalis enim semper inclinatur & instigatur ad
bonū honestum, & remurmurat contra malū. Quia
cum per synderesim dirigitur, immutabiliter appeti-
tus eius ad beatitudinem inclinatur. Deliberatiua uero
post rationis deliberationem, aliquādo adheret bono,
aliquādo malo. Hæc Gerson, plenus (aut ais) Christia-
ni spiritus. Tu quid ei respondes?

Aug. de lib.
arbit. lib. 1.
cap. 12

IX.
Nono ais. Nec permitto aliquam esse uoluntatem,
quæ ad affectibus aduersari serio possit. At permittit de-
us & natura, permittit Christus, permittit Paulus,
permittit omnis scriptura, ut supra ostendimus, per-
mittit Catholica ecclesia, permittunt sancti patres &
omnis Philosophia quoq; ac lex item tum diuina tum
humana. Quid refert igitur, si Sueuulus unus, uane-
turgidus erroneoq; sensu inflatus, Gygantū instar fra-
terculi, sese toti mundo mundi q; opifici opponat. Nō
permissurus id, ad quod prohibendum, neq; ius, neq;
uim aut rationem ullam habet.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

X

Decimo ais. Atq; hæc quidē de hominis natura dico,
 Nam qui spiritui iustificati sunt, in ijs adfectus boni cū
 pugnat af= malis pugnant. In non iustificatis ergo non pugnant?
 Quoruis demens Tyruncule? Vt omittam testimonia,
 in malis ho que penitus innumera srent, Philosophorū, Histori-
 minibus. corum, Oratorū, ac Theologorum, remitto te ad scri-
 pturas superius citatas. Quòd si ille te minus oblectāt,
 lege saltem poetas aliquot, præsertim Tragicos & He-
 roicos, qui admodū ingeniose descripserunt uarias af-
 fectuum pugnas, in Didone, in Helena, in Chytemne-
 stra, in Progne, in Medæa, in Byblide, & in plerisq;
 alijs id genus sceminis, aut uero facinore aut poetica fi-
 ctione famosis. Similiter & in fortissimis aut etiam in
 sceleratissimis uiris, in Hercule, in Theseo, in Thyeste,
 in Oedipo, in Oreste &c. Quorum certe neminē po-
 tes dicere uere iustificatum. cū omnes Ethnici fuerint
 & infideles. Nihilominus eorum Synderesis ratioq;
 naturalis cum sceleribus uicijq; ipsorum grauissime
 pugnabat. Id quod Persius paucis ita explicat.
 Magne pater diuum, seuos punire Tyrannos
 Haud alia ratione uelis. Cum diralibido
 Mouerit ingenium, seruemi tincta ueneno,
 Virtutem ut uideant, intabescantq; relicta.
 An ne magis Siculi genuerunt æra iuueni?
 Et magis auratis pendens laquearibus ensis
 Purpureas subter ceruicesterruit? Imus
 Imus præcipites, quam si sibi dicat. Et intus
 Pallcat infelix, quòd proxima nesciat uxor.

Persius in
 Satyra 3.

RESPONSIO COCHLAEI.

MELANCHTHON TEX. XI.

Præterea quid attinet iactare externorū operū libertatem, cum cordis puritatem deus requirat.

Pharisaica prorsus traditio est, quicquid de lib. arbitrio, de iustitia operum, stulti homines & impij cōscripserunt. Iam ubi adfectus paulo uehementior erit, fieri non potest quin erumpat, id quod dici solet, Naturam licet expellas furca, tamen usq; recurret.

Iam & quàm multa fiunt à nobis & in speciem optima, & quæ nos ipsi pro bonis iudicamus, quod turpem adfectum non uidemus unde proficiatur opus.

Est enim uia, quæ uidetur, inquit Salomon, homini bona, cuius extrema ducunt ad mortem. Et cor hominis prauū et inscrutabile esse dicit Hieremias propheta.

Et Dauid. Delicta quis intelligit. Et ignorantias meas ne memineris. Adeo ad multa adfectus rapit cæcos homines, quæ iudicare plane non possumus.

Proinde Christianam mentem oportet spectare, non quale sit opus in speciem, sed qualis apud animum adfectus sit. Non qualis est operum libertas, sed num qua sit adfectuum libertas. Prædicent liberi arbitrium Pharisei scholastici. Christianus agnoscet nihil minus in potestate sua esse, quàm cor suum.

Atq; utinam uiderent stulti scholastici, quot animarum millia enecarint pharisaica sua deuterofsi de libero arbitrio. Dicemus autem de adfectibus plura mox, ubi & de peccato originali agemus.

CO

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

C O C H L A E V S.

- I. Quod hic primo loco repetis, nō semel uentilatū est supra. Docent enim oēs doctores nostri, opus externū quod ex malo corde procedit, bonū corā deo non esse. Id quod etiam Christus Apostolique & Prophetæ sepiissime admonuerunt. Deinde ais. Pharisæica prorsus traditio est &c. Calumniaris quidem egregie, sed nos iam pridem ad tuas Magistriq; tui calumnias occaluumus. Et supra satis patet, neq; stultos neq; impios dici debere eos, qui de lib. arbitrio, operumq; iustitia scripserunt. Alioqui tales dicrentur maximi nominis auctores, Origenes, Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Bernardus & ceteri, qui ex professo de ijs scripsere. Quin immo & Christus Apostolique & Prophetæ (ut uidimus) tales fuissent.

III. Tertio ais. Iam ubi ad affectus paulo uehementior fuerit, fieri nō potest quin erumpat. Erumpat sane, quid Libertas uoluntatis cōtra affectus tum postea? Nos enim nō negamus affectus, sed lib. arbitriū asserimus. Eius autem libertas uel præcipue circa affectus consideratur. Externū enim opus sæpe expeditur aut prohibetur. Internam autē circa affectus uoluntatem quis impediatur aut prohibeat? Itaq; si prauo affectui uoluntas cōsenserit, iam adest culpa, etiam si opus externū nunquam sequatur. Si uero restiterit repugnaueritq; affectui, immunis est à culpa, etiam si opus externū ingeratur inuito. Verbi gratia, si uxor tua afficiatur parum caste uni discipulorum tuorum, uelitq;

RESPONSIO COCHLAEI.

uelitq; si posset, illi potius quàm tibi noctem unam cõcedere, iam coram deo adulterij rea est, quia mœchata est in corde suo. Potuisset enim affectu improbo repugnare, non seruire, non consentire. Id quod eam omnino facere credo. Quòd si interrogas eam, non dubito, quin pro nobis contrate hac de re testimoniu feret. At si te absente fortior quispiam superueniens (uti contigit Lucretiæ) ei uim intulerit renitenti, eiusq; castitatem exteriorè expugnauerit, quis eã adulterij cõdemnet, si animus eius in crimen non consenserit?

Quarto ais. Iam & quàm multa sunt à nobis, & in III.

speciè optima & c. Nemo nostrũ iustificat laudatue opera eiusmodi, quæ solũ ad speciè bona sunt. Nos quidem affectũ intentioneq; animi uidere non possumus. Deus aut non irridetur, quia intuetur cor. Nisi igitur bona intentione actus extertor fiat, nõ erit opus bonũ coram deo, etiã si omnes homines, qui ea solũ uident, quæ foris apparent, bonũ esse iudicarent. Non est ergo quod nobis eiusmodi hypocrisim ascribas. Non enim probamus opus externum, si à praua uoluntate procedat. Quin tibi potius imputa, qui simulare doces.

Quinto ais. Est eni uia, quæ uidetur, inquit Salomon, hoĩ bona & c. Nõ negamus Philippe, quin dolemus etiam, uiam Lutherinã tibi bonã uideri, cuius extrema te uel ad geminã, uereor, mortem aliquando perducent, si pergere non cessaueris. Non igitur statim bona est, quia

Gal. 6.

1. Reg. 16

V.

Prover. 14

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Ari. 6. Eth. quia tibi aut tui similibus bona uidentur. Bonum enim & malum (ut docet Aristoteles) in rebus sunt, non in phantasia aut uisione hominum. Ad opus itaque reuera bonum requiritur non solum exterior species, quam uidet homo, sed etiam interior uoluntas & bona intentio, quam uidet deus.

VI.
Hiere. 17

Sexto ais. Et cor hominis prauum & inscrutabile esse dicit Hierc. propheta. Neque nos id negamus. Addimus tamen, quod inscrutabile est homini, non est inscrutabile deo. Id quod Propheta ipse protinus subiunxit, dicens. Quis cognoscet illud? Ego dominus, scrutans cor & probans renes. Qui do unicuique iuxta uiam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. Iam uides Philippe, hunc locum tibi, non nobis, contrarium esse. Si enim deus scrutatur cor, & dat unicuique iuxta uiam suam, necesse est, ut quisque lib. arbit. habeat, quo aut bonam aut malam uiam eligat. Nam bonam eligentibus dat deus uitam eternam, malam uero eligentibus, ignem eternum.

Matt. 25.

VII.

Psal. 18. 24

Septimo ais. Et Dauid. Delicta quis intelligit. Et ignorantias meas ne memineris. Multa sane delicta intelligit homo, deus omnia. Ceterum nisi & homo aliqua intelligeret, non diceret idem propheta. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Nonne uero & hoc uidentis est de lib. arbitrio testimonium? Certe non confitetur domino affectus contra seipsum, cum sit in parte sensitiua & in carne, atque

ad ma

Psal. 31.

DE LIB. ARBITRIO LIB. II.

Etus, ut in senibus male castis, qui recogitando iuueniles delicias, adhuc uellent, si possent.

X. Decimo ais. Non qualis est operum libertas, sed nra qua sit adfectuū libertas. Nimis profecto improbus es & molestus. Reuera enim neq; operum neq; affectuū ullam putas esse libertatem, sed in necessitatem (ut ais) diuine predestinationis omnia referes. Quid ergo uexas nos uisione hominum & humane rationis iudicio, cui ipse non acquiescis? Nos quidem minime sentimus tecum, nec magni facimus, quid uideatur tibi. Negamus autem omnia euenire necessario, & lib. arbitriū asserimus non modo rationis humane, sed etiam scripturæ diuine iudicio. Quid tu ad ista? Est enim nobis lib. arbitrium non modo ad externa opera, sed etiam ad resistendum affectibus.

XI.

Vndecimo ais. Prædicent lib. arbitriū iim & c. Tu Phariseus & hypocrita, qui & separas te ab Ecclesia catholica, & hypocritice simulare doces. At lib. arbitrium confessi sunt omnes sancti, ut sæpe dictum est. Quod autem dicis, Christianum agnoscere, nihil mihi in potestate sua esse, quàm cor suū, falsum est, impiumq; ac blasphemum, uti ostensum est supra haud uno modo. Hic ex uno Psalmista tibi pauca obijciemus atq; adeo ex uno Psalmo. Vocce, inquit, mea ad dominum clamauī. Quæ uoce Philippe? Certe non gutturis tantum, sed cordis potius. Quomodo autem, si in potestate sua cor suū non habuisset? Quis enim iussit? quis coegit?

Phariseus
Philippus.

Cor suū ha
bet in pote
state homo.
Psal. 76

Phariseus es & hypocrita, qui & separas te ab Ecclesia catholica, & hypocritice simulare doces. At lib. arbitrium confessi sunt omnes sancti, ut sæpe dictum est. Quod autem dicis, Christianum agnoscere, nihil mihi in potestate sua esse, quàm cor suū, falsum est, impiumq; ac blasphemum, uti ostensum est supra haud uno modo. Hic ex uno Psalmista tibi pauca obijciemus atq; adeo ex uno Psalmo. Vocce, inquit, mea ad dominum clamauī. Quæ uoce Philippe? Certe non gutturis tantum, sed cordis potius. Quomodo autem, si in potestate sua cor suū non habuisset? Quis enim iussit? quis coegit?

RESPONSIO COCHLAEI.

cogit? Nemo certe nisi propria & spontanea uoluntas. Item. Renuit consolari anima mea. Quomodo aut renuisset, si lib. arbitrium non haberet? Item. Anticipauerunt uigilias oculi mei. At cuius iussu nisi propriae uoluntatis? Itē. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scobebam spiritum meum. Ego certe libenter ex te audiam, quomodo id sine lib. arbitrio fiat. Cetera breuitatis gratia omitto.

Duodecimo ais. Atque utinam uiderent stulti scholastici &c. Et utinam uideretis uos sapientes cryptici, quantam ignominiam in patriam, quantam blasphemiam in deum, quantam impietatem in sacra dei eloquia, quantam cladem populis, quantam animabus uestris perniciem, quantum nomini uestro dedecus, quantum uitae religionisque pestem, quantam denique animarum Germanicae nationis perditionem, istis sceleratissimis uestris machinationibus dogmatisque bestialissimis attentatis, & quantum in uobis est, efficitis. Nos autem nihil noui astruimus, sed quod Christus, Apostolique & sancti patres nos docuerunt, tam constanter sane quam pie affirmamus.

Summa, Responsiones particulares C.X.

FINIS LIBRI SECVNDI.

